# CONSTITUTIONES CAPITULI

SANCTÆ METROPOLITANÆ ECCLESIÆ NEAPOLITANÆ,

*REFORMATÆ, ET APPROBATÆ*

A Provinciali Concilio Neapolit.

HABITO ANNO MDCXCIX.

Et a S. Sede confirmato

ANNO MDCC.

*EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINI*

## D. FRANCISCI

Tituli SS. Marcellini, & Petri S.R.E. Presbyteri Cardinalis

## PIGNATELLI

Archiepiſcopi Neapolitani.

*AVCTORITATE*

EDITÆ

ANNO DOMINI MDCCXII.

NEAPOLI, Typis Novelli de Bonis Typograph. Archiepiſc. 1712.

*Superiorum Permiſſu.*

Biblioteca Nazionale NAPOLI V.E. III

Digitized by Google

Digitized by Google

EM.mo ET REV.mo DOM.no

# FRANCISCO

## CARD. PIGNATELLI

Archiepiſcopo Neapolitano.

EMINENTISS. PRINCEPS.

*Multa ſunt E. P. veteris, recentiſque gloriæ monumenta, quibus Neapolitana Eccleſia nihil totius terrarum orbis Eccleſiis invideat; ſeque omnibus admirandam*

*præbeat, atq; invidendam: ſed nihil æquè gloriandum ſibi eſt, nihil præ cæteris omnis ævi memoriæ obſtentandum, quam Sanctiſſimorum Præſulum canonem, qui illam ſanctitate diſciplinæ, morum innocentia, ac integritate doctrinæ ità inſtruxerunt, ut & Eccleſiæ ſuæ tranquillitatem, & pacem, ſibi verò pepererint honores ampliſſimos, & gloriam ſempiternam. Ex quo factum eſt, ut nunquam aliundè plures ſanctos ſacri ſibi faſti adſciverint, nunquam meliores ſibi Pontifices Romana Eccleſia legerit. Verum luculentiſſima veteris memoriæ exempla hiſtoriæ monumentis relinqui conſultius*

*eſt,*

Digitized by Google

*eſt, & ea tantum hic recenſere, quæ noſtra tempora illuſtrarunt, & poſteris ampliſſimum ad gloriam, famamq; aditum patefecerunt; quod ſicut in omnibus Pignatellæ genti familiare eſt, ità etiam in adminiſtratione bujus Eccleſiæ maximum ab ea nobis præſidium Divina Providentia contulit, quæ primum Antonium Pignatellum agnatum tuum, virum æternà inter homines memorià dignisſimum, & immortali inter ſanctos felicitate cumulatisſimum (uti à maximis animi ejus virtutibus, & collatis in Eccleſiam univerſam ingentibus meritis ſummo jure ſperandum eſt) cui ad purpu-*

*ram, & hujus Eccleſiæ regimen ſanctiſsimi pro Apoſtolica Sede ſuſcepti labores aperuerunt viam, ab hac eadem Eccleſia ad ſummum Pontificatum, toto orbe Chriſtiano præ lætitia geſtiente, provexit. Is autem ut hæredem, & virtutum ſuarum, & partæ ſanctis laboribus gloriæ inſtitueret te à Tarentina Eccleſia, cui multos annos ſanctiſsimè præfueras, ingemiſcente illa Provincia, quæ te operante longè, lateque jam floreſcebat, abſtraxit; & idem, quod ipſe jam olim inſtituerat, laborum, & exercitationis iter ingredi deſtinavit; ſed debitam virtutibus tuis coronam, & totius*

*Ec-*

*Eccleſiæ votis ſolatium non tamdiù diſtulit Deus; Mox enim, & in Archiepiſcopum Neapolitanum cooptatus, & ſtatim renunciatus es Cardinalis, acclamantibus omnibus Populis Chriſtianis, qui redivivum in te Innocentium XII. cujus memoria omnium animis hærebat, intuebantur. Sedem autem quam vix attigiſti, cum inter labores, & indefeſſæ vigilantiæ curas nihil antiquius tibi fuit, quàm deſponſatam tibi Eccleſiam, & Canonicorum Capitulum, beneficiis, & honoribus accumulare: Et Capitulum quidem tanta ſemper complexus es benevolentia, totque propenſi in*

*ejus*

*ejus amplitudinem animi argumentis adſtrinxiſti; ut nulla unquam Antiquitas, nulla oblivio humanitatis, & Clementiæ tuæ memoriam ex omnium Canonicorum, qui ſunt, quique erunt, animis delere poterit: Quis enim paterni amoris tui obliviſcatur unquam, qui ſecum ipſe ſerio reputet, qua cura Capituli honorem promoveris ſemper rebus omnibus, & præſertim cum Franciſcum Verde Canonicum olim, & Vicarium Capitularem, ac Generalem hujus Eccleſiæ ſub Præſulatu memorati Antonii Pignatelli, poſt dimiſſam Eccleſiam Vici Equenſis, iterum Capitulo, opulenta*

S. Ma-

Digitized by Google

*S. Mariæ Rotundæ Abbatiã auctum reſtituiſti; Ut igitur omnium Canonicorum ob oculos tanta benevolentiæ tuæ beneficia verſentur, habeant poſteri, ad recolendam virtutum tuarum memoriam, monumentum aliquod, & ſignum erectum à toto Capitulo in grati animi argumentum, prodeuntibus typorum luce in publicum conſtitutionibus hiſce tua authoritate, Tibi eaſdem conſecrare conſultiſſimum futurum eſſe duximus. Reliquum eſt, ut hoc qualecumq; grati animi monumentum æqui, bonique conſulas, eaque, quę tua eſt, humanitate, excipias, & Capitulum tuum*

*tua*

Digitized by Google

*tua humanitate, ac benignitate augere, & fovere pergas. Neap. Idibus Martii 1712.*

EMINENTIÆ TUÆ

*Humill. ; & addictiſs. famuli*

*Capitulum, & Canonici Neap. Eccleſiæ.*

Digitized by Google

DE mandato Eminentiſſimi Domini vivæ vocis oraculo, pro executione etiam decreti Concilii Provincialis Neapolitani præfati ſub Eminentiſs. Cantelmo, Statuta ſupradicta imprimātur juxta reformationem, & approbationem, atq; confirmationem ab eodem Concilio Provinciali factam. Neapoli 28. Februarii 1712.

*Septimius Palutius Vicar. Generalis.*

*D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Theologus ſuper editione librorum Eminent. Domini Deputat.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# CONSTITUTIONES
# ET
# STATUTA:

Illuſtriſs.& Reverendiſs.Capituli Neapol.de anno 1534.compilata, & ab eodem reformata anno 1662. & poſtremò authoritate Sanctæ Synodi Provincialis Neapolitanæ, ſub Eminentiſs. & Reverendiſs. Domino Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo, & Metropolita, hoc anno recognita, purgata, & confirmata.

*Cum Chori regulis, & ordinationibus Eminentiſs. Archiepiſcopi Boncompagni, & dierum, quibus Domini Canonici, choro intereſſe debent, & horarum, quibus dari ſolet ſignum Campanæ ad Divinas Laudes, ac etiam Turnorum, ſeù circulorum celebrationum per totum anni orbem peragendarum per Eminentiſs. Dominum Archiepiſcopum, & per Dominos Canonicos, aliarumq; obſervãtiarum Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ.*

*Addita praxi, ſivè modo dividendi redditus, & diſtributiones inter Dominos Canonicos, cũ aliis ſcitu dignis, &c.*

NEAPOLI, Typis Novelli de Bonis Typograph. Archiepiſc. 1712.
*Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

## EMINENTISS. DOMINE

*Illuſtriſſimi Patres.*

CAnonici, & Capitulum S. Metropolitanæ Eccleſiæ Neapol. humiliter exponunt, quod ab immemorabili, cum ab ipſis ſerventur quędā Statuta præſentata in Viſitatione B. M. Annibalis de Capua Archiepiſcopi Neapolitani anno 1581. & per ſucceſſores recognita, & probata; nunc autem tum ut S. hujus Synodi Mandatis obtemperaret, quæ de Capitulo, & Canonicis ſtatuit, ut intrà ſex menſes ab Ordinariis recognoſcerentur, tum etiam quia ad ſalubriorem ejuſdem Capituli directionem, ac regimen in aliquibus, vel reformare reſpectivè, innovare, vel modificare de ejuſdem conſenſu viſum fuit; Id circò eorum, & ſingulorum approbationem, & confirmationem juxtà ſuam ſeriem, & tenorem ab hac Sancta Synodo expoſcunt de Gratia ſpeciali, &c.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. Joſeph Epiſcopus Acerranus revideat, & in ſcriptis referat Provinciali Concilio

an debeant confirmari, & approbari ſupradicta ſtatuta. Ex ſeſſione Synodali datum hac die 2. Junii 1699.

*JACOBUS CARDINALIS CANTELMUS Archiepiſcopus Metropolitanus.*
*Innicus Epiſc. Averſ.*
*Joſeph Epiſcopus Acerranus.*
*Lucas Epiſcopus Iſclanus.*
*Frater Joſeph Epiſcopus Puteolanus.*
*Antonius Sanfelicius Canonicus S. Synodi Secretarius.*

Cum ex commiſſione præſentis S. Synodi Provincialis ſub die 2. Junii 1699. attentè viderim, ac legerim ſtatuta Illuſtriſs. Capituli Neap. nihil in eis deprehendi, quod eccleſiaſticã diſciplinam non ſapiat, ac pietatem ſummam non redoleat; Imò quidquid in iiſdem cõtinetur, ſivè à præclariſſimis Neapolitanæ Eccleſiæ Præſulibus ſapienter præſcriptum, ſivè à Supremis Pontificibus meritò, conceſſum, ac è tantæ Eccleſiæ dignitate indultum, ſive ab immemorabili conſuetudine ſacris ritibus, ac Canonibus conſona obſervatum pau-

paucis in melius additis, ac mutatis reſpectivè, typis denuò dari ad futuram memoriam, & continuata, interruptaq; obſervantia in perpetuũ ſervari meretur ad divinum cultum promovendum; Qua de re, ne dum confirmanda hujus S. Synodi authoritate cenſeo, verum etiam commendanda, & encomiis approbanda. Die 4. Junii 1699.

*Ioſeph Epiſcopus Acerrarum S. Synodi Deputatus.*

Ab Eminentiſs. & Reverendiſs. Domino Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo Metropolita, & Illuſtr. & Reverendiſs. Dominis Epiſcopis Comprovincialibus; Viſis, ac conſideratis ſupplici libello per Capitulum Metropolitanum Neap. porrecto huic S. Synodo pro recognitione, ac confirmatione ſtatutorum ſuorum innovatorum, ac reformatorum in aliquibus, & decreto præfati Provincialis Concilii ſub die 2. Iunii 1699. commiſſionis Illuſtriſs., & Reverendiſs. Domino Epiſcopo Acerrano pro reviſione, & animi ſui ſenſu ſuper dictis ſtatutis nunc reformatis, & quo ad aliqua innova-



Digitized by Google

tis,& modificatis, & ejuſdem Domini Epiſcopi Acerrani relatione, & voto, etiam in ſcriptis de approbandis, & confirmandis, & prælo tradendis præſcriptis ſtatutis, & omnibus in iiſdem contentis; Idem Concilium Provinciale ſtatuit, ea approbari, & confirmari debere, prout omnibus, & melioribus via, modo, & authoritate quomodolibet eidem Concilio permiſſis, & competentibus, ea approbat, & confirmat; ac proinde typis dari poſſe decrevit, ac benigne indulſit, pro firmitate, & perpetua obſervantia eorundem. Hac die 6. Iunii 1699.

*Antonius Sanfelicius Canonicus S. Synodi Secretarius.*

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT I.

## DE DIVINIS OFFICIIS.

### Statutum I.

CEllararii, qui pro tempore erunt, curam attentè habeant circa cultum divinum, ut tã intus, quàm foris Eccleſiam Sanctæ Reſtitutæ, tam à dominis Canonicis, quàm à capellanis, diaconibus, aliisq; omnibus inſervientibus Eccleſiæ, divina celebrentur, ea modeſtia, ſilentio, reverentia, præſertim in choro, ordinatione, & decore, prout cultui divino convenit, ne incurratur maledictio, quâ affici certum eſt, facientes opus Dei negligenter.

### Statutum II.

QVia multæ ſunt miſſæ intus, & foris Eccleſiam Sanctæ Reſtitutæ celebrandæ beneficiorum ſimplicium, ſeu capellaniarum ad collationem Capituli ſpectantium, ut juxtà debitum celebrentur, earun-



Digitized by Google

dem omnium notam facere teneatur Cellararius.

Capellani non celebrantes, & cõtravenientes adſtringantur, juris forma ſervata uſq;ad privationem.

## *Statutum III.*

ORnatus exterior cultum indicat interiorem, idèo divini officii tempore nemo ex Canonicis intret chorum ſine veſte convenienti talari, cum rocchetto, cappa magna, & capucio coloris violacei cũ armellinis, & ornamento ſerico rubro, tempore hyemali, & capucio purpureo ſerico, tempore æſtivo ad formam conceſſionum Pauli III. & B. Pii V., quorum bullæ in calce horum ſtatutorum leguntur, & etiã cum biretro nigro ex materia lanea ſub pœna amiſſionis partis, ſibi competentis eo die.

## *Statutum IV.*

PSallendum eſt Deo tota mente, totiſq;animæ viribus, unde ne

in-

Digitized by Google

interrumpatur cultus divinus, nullus, durante divino officio, extranea negotietur, & à quibusvis colloquiis abſtineat: ſed ſi fortè neceſſarium alicui accidat negotium, diſcedat à choro negotiaturus: nec Cellararius Capituli, quando celebratur divinum officium pecunias diſtribuat Canonicis ſub pœna amiſſionis partis, ſibi competentis illa die.

*Statutum V.*

TAbernaculum præcepto Domini à Moyſe mirificè fabricatũ, in duas partes, velo interpoſito, diviſum erat, in cujus parte priori, quæ dicebatur *Sancta*, populus ſacrificabat; at in interiori, quæ *Sancta Sanctorum* nuncupabatur, Sacerdotes, & Levitæ miniſtrabant; Hoc tabernaculo, vetuſtate conſumpto, Salomon juſſu Domini templum ſimiliter in duas partes diviſum ædificavit, à quo tabernaculo, & templo noſtra materialis Eccleſia formam ſumpſit, in cujus parte anteriori populus audit, & orat; in parte verò in-

teriori clerus orat, prædicat, & miniſtrat; quare dum a Canonicis intus Eccleſiam S. Reſtitutæ divina celebrantur, nemo extraneus chorum ingredi permittatur.

*Statutum VI.*

CAntus in Eccleſia à veteri teſtamento ſumpſit exordium, legitur etiam in Paralipomenon, quod David Prophetarũ maximus volens cultum Dei ſolemniter ampliare, cantores inſtituit, qui coram arca fœderis Domini muſicis inſtrumentis, & modulatis vocibus decantarẽt; inter quos præcipui fuerunt Eman, Aſaph, & Ethan; Omnium autem primus Eman celebratur; Itaq; cantus in Eccleſia adhibetur, vel ut dulcedo, & conſonantia vocũ deſignet dulcedinem, & conſonantiam bonorum operum ſummo Deo acceptabilium, vel, ut ſaltem per aurium oblectamenta infirmior animus ad affectũ pietatis aſſurgat, ut qui verbis non compungitur, ſuavitate modulaminis moveatur; ut in libro Cõ-

feſ-

feſſionum Sancti Auguſtini; Ideoque miſſæ à Canonicis decantandæ, ſive feſtivæ, ſivè pro defunctis, juxtà morem decantentur: nec legantur ſine cantu gregoriano.

*Statutum VII.*

FRatres, ante omnia ſalutem Animæ ſitire debemus, dicente Veritate: *hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem ſicut dilexi vos.* Vndè cum Anno jubilæi omnis remittatur ſervitus peccati, & vera tribuatur animi libertas, quilibet Canonicorum volens anno jubilæi, Romam petere, ut fructum remiſſionis devotè conſequatur, per 40. dies licentiam habeat, & aſſequatur. Eadem licentia tribuatur Canonico, volenti Lauretum petere, ut glorioſam domum Virginis Mariæ Laureti viſitet, & intra hoc licentiæ tempus de diſtributionibus, anniverſariis, & omnibus aliis fructibus participet. Verum ne ſimul omnés relinquant Eccleſiam, Cellararius Eccleſiæ aliquibus det licentiam ali-

quo menſe, aliquibus alio.

### *Statutum VIII.*

VEſtietur conſciſſa veſte, & pannoſa omnis ſomniculoſus; Non enim merebitur eo veſtimento incorruptionis ornari, de quo Apoſtolus loquitur: *induite vos Dominum Jeſum Chriſtum*. Unde Canonicus, qui non interfuerit in introitu Miſſæ poſt ultimum Kyrie, vel poſt pſalmum tertium Matutini, aut ſecundum Veſperarum, punctetur per granos quinque in Feriis, & per decem in Feſtis. At in ſingulis horis, poſt primum Pſalmum punctetur per granos duos.

## *CAPVT SECVNDVM DE FVNERIBVS.*

### *Statutum I.*

CVm aliquis moritur ex Canonicis portetur in loculo, qui vulgò dicitur *la Bara*, indutus ad Miſſam cum Calice, & Patena in manibus

Digitized by Google

bus, addita Mitra Capiti ſuperpoſita, & Baculo Paſtorali à latere cum Rocchetto, cappamagna, & cappuccio (ut ſuper) ad pedes. Cappa autem, & rocchettum remaneat ad beneficium noſtri Capituli.

*Statutum II.*

TEneantur Noſtri Canonici aſſociare defuncti Canonici funus ſub pœna carolenorum decẽ, niſi infirmitas, aut alia legitima Cauſa excuſet. Expenſæ exequiarum fiant à Canonico Cellarario de pecunia debita Canonico defuncto; ſi autem nil debeatur, de maſſa communi; & candelæ dentur Canonicis intereſſentibus tantũ. Eodem die Canonicus Cellararius diſtribuat de maſſa communi tarenos tres ſingulis Canonicis pro tribus miſſis, quamprimum celebrandis in ſuffragium Canonici defuncti.

*Statutum III.*

IAcobus Major ætate, minor erat Iacobo minore; Major tamen di-

dictus eſt, quia primò à Chriſto fuerat ad Apoſtolatum vocatus: primo igitur ad Dei ſervitium vocatus, primum obtinet gradum. Vndè Canonici in dictis exequiis, & proceſſionibus procedant in ſuo loco gradatim, & bini, & ordinati. Similiter in Capitulo, & choro quilibet ſuum occupet locum gradatim, veſtitus rocchetto, & ornatus cappa ut ſupra, &c.

## *Statutum IV.*

Canonici æſtimatio retinenda eſt; id circò nullus ex Canonicis in ejuſmodi aſſociationibus exequiarum in via ſe ſpoliare audeat; ſed poſtquam Capitulum cum ſua Cruce ingreſſus eſt Eccleſiam ſepulturæ Defuncti, juxtà Ius, & poſſeſſionem Illuſtriſs. Capituli ingrediendi cum propria Cruce in Eccleſias quorumcumque regularium, etiam abbatiales confirmatam à Santa Sede pluries, & præſertim à Clemente IX. per breve 29. Iunij 1669., quilibet ex Canonicis cum modeſtia, & gravitate,

fa-

Digitized by Google

facta genuflexione, in ſacriſtiam intret ibiq; exuatur veſtibus choralibus.

### *Statutum V.*

IN exequijs Canonicorum, utpote in dignitate eccleſiaſtica conſtitutorum, primus Canonicus, ſeu occupans primum ſtallum ex parte Presbyterorum eligat quatuor Canonicos ex parte Diaconorum, & occupans primum ſtallum ex parte Diaconorum ſimiliter eligat alios quatuor ex parte Presbyterorum; qui ſic electi aſſocient defunctum utrinque à latere loculi, ſeu feretri.

### *Statutum VI.*

CAnonici aſſociaturi exequias prędictas, ingrediatur Eccleſiam proximiorem ædibus defuncti; & ibidem in ſacriſtia, vel alio loco decenti induant veſtes chorales præfatas, & proceſſionaliter ſub propria Cruce adeant domum defuncti, prę-

ſe-

Digitized by Google

ſeferendo modeſtiam, & gravitatem propio decori, & ſtatui convenientes.

## CAPUT III.

## DE MODO POSSESSIONIS NOVI CANONICI.

### Statutum I.

IN meſſe Domini ab optimo Paſtore ij conducendi ſunt Operarij, qui vitæ ſantitate, ac morum honeſtate cæteris exemplo eſſe poſſint; ideoq; clerici ad eccleſiaſticos ordines, dignitates, perſonatus, officia, & beneficia eccleſiaſtica non paſſim, ac ſine delectu aſſumendi ſunt in Eccleſia Dei; Sed ij, quibus non charitas, non juſtitia, fides, vel temperantia deſit, quiq; literarum ſcientia ſuos animos prudenter inſtruere, aliosq; poſſint, divino compuncti amore, edocere; alioquin grex Domini facillimè à Lupis devorabitur, ejusq; vineam, quam ſua plantavit dextera exterminabit aper de

de Sylva, & ſingularis ferus depaſcetur eam, nullo, vel paucis exiſtentibus operariis in ea, ad laudem ſummi Dei operaturis. Hinc & devotio populorum decreſcit, religioſi irridentur, & parvi fit clerus. Propterea ad laudem ejus, cujus nomen glorificant Angeli, de quo contremiſcunt dęmones, propter quod ſalvificantur credentes, & ad decorem Eccleſiæ, devotionem populorum, & ſalutem animarum, maturo habito conſilio, ſtatutum eſt, ut nullus, cui de canonicatu in Eccleſia Neapolitana fuerit proviſum, à quolibet recipiatur in Canonicatus poſſeſſionem, & Canonicum, niſi habilis fuerit, & idoneus, qui per quatuor Canonicos ad hoc electos, de habilitate examinabitur; Et ſi aliquis ex Canonicis, cōtra hoc attentaverit, pœnam incurrat perjurii, & partem amittat fructuum ſervitij illius anni, quo contravenerit, reſervato ſemper Summi Pontificis aſſenſu, ſuper hoc impetrando omni habita diligentia, quatenus ſit opus.

Sta-

Digitized by Google

## Statutum II.

CAnonicatus poſſeſſio nullo pacto tribuatur alicui, niſi ſuo ordine, ſervatisq; ſervandis, quod ſcilicet in primo conſeſſu capitulari bullæ Canonicatus præſententur in Capitulo, quæ uni ex Canonicis dentur; & eas diligenter inſpiciat, & tunc Cellararius det copiam noſtrorum ſtatutorum futuro Canonico, ut futurus ipſe Canonicus inſpectis ſtatutis, & habito circà ea ſtudio, ſciat quid ſit juraturus tempore, quo in Canonicum recipitur: In ſecundo Capitulo, viſis Bullis, fiat relatio earum continentiæ, & tenoris in Capitulo, & committatur examinatio habilitatis futuri Canonici. In tertio Capitulo, facta examinatione, & capta informatione, ſi reperitur idoneus, relatio fiat in Capitulo, an idoneus ſit ad Canonicatū, & ſi idoneus fuerit, in quartum futurum Capitulum omnes vocentur Canonici, novum recepturi Canonicum; & eo die quarti Capituli detur ipſi novo Ca-

nonico poſſeſſio Canonicatus in choro Sanctæ Reſtitutæ, in choro Cathedralis,& in loco capitulari.

*Statutum III.*

CVm ſit antiquæ obſervationis, nec à ſacris diſcrepet canonibus, ut novus futurus Canonicus, antequam adipiſcatur Canonicatus poſſeſſionem, corporalem præſtet juramentum in manibus primi Diaconi; Nam ſolet plus timeri, quod ſingulariter promittitur, quam quod generali ſponſione concluditur; Ideò novus Canonicus, antequam in poſſeſſionem canonicatus, & in Canonicum recipiatur à fratribus; genuflexus ante primum Diaconum, Evangeliorum librum in ſinu habentem juret:

*Ego N. Canonicatus Neap. promitto, ſpondeo, polliceor, & juro coram ſummo Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, ſacroſanctis quatuor tactis Evangelijs, me obedientem, & verum filium fore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque Summo Pontifici, & defenſo-*

*rem*

Digitized by Google

rem Eccleſiæ Sanctæ Reſtitutæ, & Capituli Neapolitani in objectis neceſſitatibus, & utilitatibus ſuis, & juro ſanctam fidem Catholicam, ſincera cordis contritione, & devotione cuſtoditurum, conſervaturum. Me etiam juro defenſurum, & obſervaturum honores, jura, ſtatuta, conſtitutiones, conſuetudines, ſcriptas, & non ſcriptas hujus Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Capituli Neapolitani, & Eccleſiæ Sanctæ Reſtitutæ, quantum divino ſuffultus adjutorio potero, ſecundum ſcientiam, & poſſibilitatem meam recta, & pura fide.

## CAPUT IV.

## DE OFFICIIS ORDINARIIS IN CAPITULO.

### Statutum I.

SIcut in uno corpore multa membra habemus, non autem omnia eundem actum habent; Ità in uno, eodemq; corpore, & communitate, aliquod officium conferendum eſt uni

uni, alteri committendum eſt aliud, neq; enim eidem perſonæ quantumlibet exercitæ plura officia ſunt committenda, quia ſi totum corpus eſt oculus, ubi eſt auditus? ſicut etiam varietas membrorum per diverſa officia, & robur corporis ſervat, & pulchritudinem repræſentat; ità varietas perſonarum per diverſa nihilominus diſtributa officia, & fortitudinem, & venuſtatem Capituli manifeſtat, & ſicut indecorum eſt in corpore humano, ût alterum membrum alterius fungatur officio; ità diſſonũ eſt, ſi ſingula rerum miniſteria totidem perſonis non fuerint diſtributa. Singula igitur officia ſingulis perſonis in corpore, vel Capitulo ſunt ſingillatim committenda. Undè ſic in Capitulo ordinaria diſtincta ſunt officia; Duo namq; annuatim creantur Cellararii, quorum unus pecuniæ colligendæ, & erogandæ, & inter Canonicos diſtribuendæ præeſt; Alter verò, qui Eccleſiæ Sanctæ Reſtitutæ curam habet, & rationi, & libro condendo ſervitiis Canonicorum ibidem præeſt, & corpuſculorum, & an-

niverſariorum rationem componit, qui dicitur Cellararius Eccleſiæ. Quatuor verò creantur Auditores, Computum,& rationem Cellarariorum, & ſervitium Canonicorum intus,& extra Eccleſiam Sanctę Reſtitutæ viſuri, & audituri. Eligitur etiam Capellanus, & Secretarius Capituli, ſicuti etiam quatuor punctatores correſpondentes quatuor ordinibus Canonicorum noſtri Capituli.

*Statutum II.*

VNusquisque Canonicus, cui aliquod ex præfatis officiis cõmiſſum fuerit,ſedulò illud exerceat. Cellararius Eccleſiæ, Sacriſtæ protempore,& Clericis, ut ſua miniſteria perfectè expleant,inſiſtere debet. Cellararius verò alter, vocatus *marſupii*, seù *menſæ capitularis*, indemnitati eiuſdem, præſertim etiam in minimis conſulat.

CAPVT.

# CAPUT V.

## DE ELECTIONE OFFICIALIUM.

### Statutum I.

SI tanto illi, ac tali Moyſi non permittitur judicio ſuo, de eligendo populi Principe,ac de conſtituẽdo ſucceſſore,quis erit,qui audeat vel ſe, vel alium ad gubernationem, & officium idoneum judicare, niſi hoc alicui oranti, & petenti à Domino ferè reveletur? ſicut enim in libroNumerorum legitur. Dominus dixit ad Moyſen, *aſſume ad temetipſum Jeſum filium Nave hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & impone manus tuas ſuper eum, & ſtatuas cum coram Eleazaro Sacerdote, & præcepta ei dato in conſpectu totius Synagogæ, & præcipe de ipſo coram eis; & dabis charitatem tuam ſuper eum, ut audiant eum filij Iſrael*. Audis evidenter ordinationem Principis populi tam manifeſte deſcriptam, ut penè ex-

po-

poſitione non egeat. Nullum hic judicium Moyſis, nulla populi acclamatio; nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio eſt habita; ſed gubernatio populi illi traditur, quem Deus elegit, homini ſcilicet tali, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & præcepta Dei in conſpectu eius ſunt, & qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit, ideſt in quo ſit claritas eius legis, & ſcientiæ, ut poſſint eum audire filii Iſrael. Illi igitur gubernatio, & officium tradendum eſt, quem Deus elegit, & petenti, & oranti inſpirabit; Unde ſingulis annis in vigilia SS. Simeonis, & Judæ ſolemniter à Canonicis celebratur miſſa ſpecialiter Sancti, qui corda ipſorum in ipſa electione illuminare dignetur, & poſtea ingrediantur Capitulum, & ibi per vota ſecreta in ſchedulis eligantur officiales ſucceſſivè, & vota recipiantur per quatuor Canonicos primos, ſeu Capita quatuor ordinum Canonicalium, ſedentes in duobus lateribus abaci in medio Capituli collocati, nemine

ſedente

ſedente in capite, ſeu parte ſuperiori ejusdem abaci, & ſedente in parte inferiori ejuſdem abaci Canonico ſecretario pro votorum adnotatione, & remanet electus officialis Canonicus, qui habebit ſaltem unum ſuffragium ſupra medietatem Canonicorum intervenientium.

### *Statutum II.*

IN adminiſtratione officiorum rectè, & juxtà debitum ſe gerentibus conferenda ſunt officia; Ideò quã-do Cellararii benè, & legaliter adminiſtrarunt officium, eorum confirmatio ſit ad arbitrium Capituli, habito, & accedente conſenſu, & beneplacito Eminentiſſimi.

## *CAP. VI.*

### *DE OFFICIIS CELLARARIORUM.*

### *Statutum III.*

PArum eſt Cellarariorum creationem, & electionem ſcire: niſi & ipſorum officium quale ſit cognoſca-

B mus.

mus; Ideò operæ pretium eſt, poſtquàm de Cellarariorum electione aliqua explicavimus, de illorum officio pauca quædam effundere; Vnde Cellararius Præpoſitus pecuniæ colligendæ, erogandæ, & diſtribuendæ, tenetur intra menſem martii primi ſequentis, finito adminiſtrationis anno, libros rationum, ſeu exactionis ipſis dominis Canonicis realiter dare, & offerre, & viſis dictis libris per Auditores, ut moris eſt, debet ipſe Cellararius integrè ſatisfacere cuilibet Canonico, etiamſi omnes Capituli introitus non collegerit; Verumtamen ſi aliqua extet pecunia, quam Cellararius non perceperit, & apertè apparet non exigibilis, debent Auditores, ejus inexigibilitatem capitulariter proponere, & habito maturo conſilio, & facta omni diligentia, prout majori, & ſaniori parti Canonicorum viſum fuerit, declaretur inexigibilis.

### *Statutum II.*

QUandoCellararius pecunię Prępoſitus rationem reddet introituum

tuum ordinariorum, rationem etiam reddat, & computum reddituum, miſſarum omnium feſtivarum, & anniverſariorum manualium, & ſingulis Canonicis ſatisfaciat, ſivè perceperit dictos redditus, ſivè non, ut ſupra.

*Statutum III.*

SI Cellararius Præpoſitũ pecuniæ dictis temporibus non ſolverit, & ſingulis Canonicis non ſatisfecerit; quilibet Canonicus poſſit eum ad ſolutionem cogere.

*Statutum IV.*

QVia rerum, & ſcripturarum particularium facilis eſt amiſſio; Ut magis in tuto ſint res Capituli, ſæpè dictus Cellararius Præpoſitus pecuniæ teneatur operam dare, ut fiat inventarium omnium rerum ſtabilium, & ſcripturarum utilium, & beneficiorum ad collationẽ Capituli ſpectantium, omniumque aliarum rerum ipſius Capituli.



Digitized by Google

*Statutum V.*

QVando evenit negotium, quod interſit Capituli vocentur; Canonici ſinguli in ſuis domibus, vel in choro à ſervientibus Capitulo ad cõgreſſum capitularem juſſu Cellarariorum.

*Statutum VI.*

CVm Cellararii officium habeât in Capitulo, non autem dominiũ; Nullo modo poſſint rus, & prædium aliquod concedere, vel adimere alicui, nec aliud agere præjudiciale Capitulo, niſi pleno Capitulo, & capitulariter; Poſſint tamen locare, & alicui in partiariam concedere.

*Statutum VII.*

TVrpe eſt, quemquam ſuo officio non uti; Vnde ſi Cellararius ſuo officio, prout dictum eſt, non utitur, nec prædicta obſervet, nec partem ipſorum; Capitulum ſtatim poſſit illum privare officio.

*Sta-*

Digitized by Google

## Statutum VIII.

PRopter labores, qui à Cellarario Præpoſito pecuniæ ſufferuntur, conceditur exemptio à ſervitio chori intus,& extra Eccleſiam S. Reſtitutæ per annũ ſui officii, & quinque menſes ſubſequentes continuos, & duplex candela ordinaria in anniverſariis, & functionibus, in quibus diſtribuuntur candelæ.

## Statutum IX.

QVia in collatione officiorum induſtria eligitur perſonæ, Cellararii, & Auditores, & alii per ſe, & non per ſubſtitutum, officium adminiſtrent, ſub pœna amiſſionis ejuſdem, niſi adſit legitimum impedimentum.

## Statutum X.

CEllararius Eccleſiæ, corpuſculorum omnium, & omnium pecuniarum ex ipſis provenientium

librum componere debet; Sicuti etiã expenſarum pro Eccleſia,& ſalariorum Sacriſtæ aliorumque Eccleſiæ ſervientium.

*Statutum XI.*

IDem Cellararius ſimiliter librum componat, in quo dies notare debet, quibus anniverſaria manualia, & alia etiam feſtiva, & alia extraordinaria officia à Canonicis celebrantur; Notet etiam Canonicos, qui celebrationi interfuere, ut in fine anni per Auditores poſſit accuratè dignoſci, quid quisque Canonicus lucratus fuerit, interveniendo; vel amiſerit, ſi abſens fuerit.

*Statutum XII.*

PRopter labores Cellararii Eccleſiæ dentur ipſi ſemper duæ candelæ in omnibus anniverſariis, officiis, & functionibus, in quibus candelæ diſtribuuntur.



Digitized by Google

## CAP. VII.

### DE LICENTIA CANONICIS DANDA, VEL NON DANDA.

#### Statutum I.

NUlli liceat Canonico licentiã petere infra annum, ultra quindecim dies continuos, & niſi ſemel in anno; quam licentiam Canonicus impetret à Cellarario Eccleſiæ, nullo etiam verbo facto in Capitulo, moxquè hoc adnotetur à Cellarario, ne inde ſequatur error; Intellige autem de licentia à choro S. Reſtitutæ tantum, ut eſt in uſu, & reſpectu chori S. Reſtitutæ.

#### Statutum II.

NVlli Canonico Cellararius Præpoſitus libro præfato ſervitii Canonicorum componendo, ultra dictos XV. dies licentiã concedat, niſi in uno anniverſario, vel officio, quoties licentia petitur; non ta-

men continuatis petitionibus licen-tiarum, niſi ex cauſa legitima; Intervallatis autem petitionibus licentiarum, & ipſis non continuatis per plures vices, eidem Canonico licentiam præſtare poteſt Cellararius. Ab hoc ſtatuto exceptuantur infirmi; Hæc autem, & quæ in præcedenti ſtatuto dicta ſunt, non habent locũ in non ſervientibus aſſiduè.

## CAPVT VIII.

### DE ANTIQVO, ET NOVITIO CANONICO

#### Statutum I.

CAnonicis, qui fuerunt, & erunt utiles Capitulo aliqua magis, quàm aliis, quoad ſervitium, tam ordinarium, quàm extraordinarium prærogativa deferatur; hoc eſt etiam deferendum Canonicis, qui ſervierũt Capitulo per annos viginti, & ultra.

Statutum

Digitized by Google

*Statutum II.*

PRobatis, & expertis, non autem novitiis conferenda ſunt officia; Unde nulli Canonico qui non fuerit Canonicus per annos quinque, & ultra officium deferatur: niſi Capitulũ capitulariter in hoc ſtatuto aliquando diſpenſare cenſeat.

## CAP. IX.

## DE CANONICO NON SERVIENTE.

*Statutum Unicum.*

PEſſimum avaritiæ vitium circa præbendæ fructum anhelare; Eccleſiam verò, & ejus ſervitium derelinquere; Unde quilibet Canonicus non ſerviens Eccleſiam juxta conſuetum nihil participet, Canonico excepto aliquo, qui Capituli Advocatus eſt, & Patronus; Hoc autem ad ejuſdem Capituli arbitrium.

## CAP. X.

### DE MODO VOTANDI IN CAPITULO.

*Statutum.* I.

NIſi in corpore, & collegio circa deliberationes, & ſententias, à ſingulis dicendas, modus habeatur, & forma, diſſentio, & confuſio naſcetur; Propterea quando circa negotium aliquod, à quolibet Canonico ſententia dicenda eſt in Capitulo, ſinguli Canonici oretenùs, & verbo, ſuam proferant opinionem; Deinde verò carthulis res diſcutiatur, & ſecūdùm illam partem negotium executioni mandabitur, ſecundùm quam plures in urnà carthulæ inventę fuerint; Et quando negotium alicujus eſt momēti, eo die quo proponitur, non expediatur, ſed differatur ad primā, ut matura fiat deliberatio; nec ſentētia in Capitulo à quolibet Canonico (parte præſente) proferatur, ſive fuerit Canonicus pars illa, ſive extraneus; ſed pars Capitulo exeat, nec intret

tret, niſi determinatione, à Capitulo perfecta.

### Statutum II.

NVllus ex Canonicis in ſcriptis extra Capitulum ſuffragium præſentare præſumat, ſub pœna amiſſionis integræ partis, ſibi competentis eo anno; Jure enim quod collegiatè agendum eſt, extra corpus, & collegium non eſt à ſingulis perpetrandum.

## C A P. XI.

## DE MODO CONTRAHENDI.

### Statutum I.

QVia conſuetudinis eſt, ut majoris ſint roboris, ut efficaciæ inſtrumenta, à publico Notario conſcripta, nullus fiat contractus à Canonicis, niſi præſente publico Notario, & Judice: ante tamen quàm contractus abſolvatur, inſtrumenti componendi fiat exemplum, & quod vul-



Digitized by Google

go dicitur, *la minuta*, juxta ſapientis conſilium, & capitulariter in Capitulo ab omnibus videatur. Quo facto, à Canonicis fiat contractus, omniumque contractuum inſtrumenta ab uno Notario.

*Statutum II.*

CEllararius Præpoſitus libro ſervitii Cononicorum componendo librum teneat, in quo nil aliud ſcribatur, & adnotetur, niſi continentia, & tenor contractuum manu ejuſdem Notarii, qui inſtrumentum cōpoſuit, idque fiat eodem contextu poſt contractum abſolutum.

*Statutum III.*

PUblicæ ſcripturæ jura partium probant, & conſervant; Unde dictus Cellararius curet inſtrumenta, & ſcripturas in forma publica, & valida, à Parte, quæ cum Capitulo contraxit, recuperare, finito tempore, intra quod Pars ipſa inſtrumenta, & ſcripturam validam præſtare Ca-

pitulo

Digitized by Google

pitulo promiſit, ipſamque Partem adſtringat ad brevis, & reſcripti à Sũmo Pontifice expeditionem conſequendam, omneque pactum, in inſtrumento contentum, obſervãdum.

Statutum IV.

NVllus celebretur contractus à Capitulo, niſi prius pars cum Capitulo contrahens tantam ſolvat pecuniam, quanta erit præſtanda Notario pro confectione inſtrumẽti in forma probante, & valida; dictaq; pecunia ſolvatur in manus Cellararii.

CAP. XII.

DE APPRETIO VINI GRÆCI FACIENDI.

Statutum Unicum.

CAnonici annuatim ſimul cum Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Archiepiſcopo, vel ejus Vicario, ſive ſcriba deputato, captis infor-

formationibus, vinum græcum appretient.

## CAP. XIII.

## DE FERIIS.

### Statutum Unicum.

PRopter peſtis, & aeris intemperiem, vel bellum (quę Deus avertat) juxta ſacros canones, Clerici in Eccleſiis reſidere non tenentur; Unde peſtis, ſeù belli tempore fiant feriæ, bello, vel peſte durante, ad arbitrium Capituli, & majoris partis Canonicorum, ſervientium eo tempore.

## CAP. XIV.

## DE CANONICO INFIRMO VISITANDO.

### Statutum Unicum.

MIſericordiæ cōmunis eſt uſus, teſte Ambroſio ſuper Lucam; Et

Digitized by Google

Et ideò commune præceptum eſt, omnibus ætatibus, omnibus officiis neceſſariam, & ab omnibus deferendam: non publicanus, non miles excipitur: non agricola, vel urbanus: dives, & pauper, omnes in communi admonentur, ut miſericordiam conferant non habenti; miſericordia enim plenitudo virtutum eſt; & ideò omnibus propoſita eſt perfetæ virtutis forma; omnes enim, qui negant miſericordiam faciendam neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt Miſericordia, & Veritas; Miſericordia igitur commune præceptum eſt omnibus; Eſt enim potior omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificiis; Eſt autem deferenda omnibus miſericordia: multo magis tamen illis, qui nobis in Chriſti viſceribus devincti ſunt; unde cum aliquis infirmatur ex Canonicis, duo eligantur Canonici, qui miſericordiæ opus adimpleant, ipſumq; infirmum, nomine totius Capituli, viſitabunt, ipſiq; munus aliquod offeret, juxta infirmi neceſſitatem, atq; Capituli voluntatem.

CAP.

# CAP XV.

## DE OFFICIO CANONICI.

### Statutum I.

HOmo divinum Animal, & ad intelligendam naturâ natus eſt, & ad agendum; Vndè neceſſe eſt omnino intelligere, quo ipſe utatur officio: diverſa autem propterea, & particularia ſunt officia ſecundum diverſas hominum conditiones, & dignitates. Qua de re aliqua de officio Canonici dicemus. Statutum eſt igitur, ut quilibet Canonicus apud ſe exemplum habeat horum ſtatutorum, &c.

### Statutum II.

CAnonicus non aſſocians pompas, ſeu proceſſiones ordinarias, quas Capitulum ordinariè aſſociare ſolet, tareni unius pœna puniatur.



Digitized by Google

## Statutum III.

CLericus profeſſionem ſuam, & habitu,& inceſſu probare dicitur; Et ideò nec veſtibus,nec calceamentis decorem quærere debet, qui enim lautiora ſibi,vel auſteriora præ ceteris indumenta quærit, vel intemperans eſt ſui, vel ſuperſtitioſus: ornatum enim corporis diligentem, ſed infucatum laudamus; Diſſolutos autem, & fractos veſtibus, & inceſſu non recipimus; Unde quilibet Canonicus non accedens ad Eccleſiam habitu talari, & convenienti, ut decet Canonicum, privetur parte ſibi eo die competenti.

## Statutum IV.

PRomiſſum eſt Nobis Regnum immobile, ad quod ſi volumus pervenire, neceſſe eſt nos induere charitatem: dicente Apoſtolo. *Charitas fraternitatis maneat in Nobis: qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, quomodo poteſt Deum diligere, quem non videt?* Cum autem

Deum

Digitized by Google

Deum non diligat, non diligens fratrem, immobile Regnum non poſſidebit. Vnde quia, fratres, charitate in Chriſto devincti eſſe debemus, ut immobile Règnum illud adipiſcamur, ſi aliquis ex Canonicis iniuſtè moleſtetur, fraterna utentibus charitate, capitulariter ſibi favor, & auxilium præſtetur à nobis, facultates etiam maſſæ communis in hoc erogantibus.

*Statutum V.*

NVllus Canonicus aſſocietur exequias, ſeu pompas, & proceſſiones, niſi quas aſſociatur Capitulum.

*Statutum VI.*

NVllus id, quod Capitulariter, in Capitulo determinatur, & ſit momenti, vel de quo in Capitulo habetur ſermo, propalare debet extraneis; ſed tantum de eo inter Canonicos habeatur ſermo; Canonicus autem contraveniens, & propalans incurrat pœnam periurii, & medietate

tate

Digitized by Google

tate fructuum unius anni privabitur, quæ applicetur maſſæ communi, dividenda inter non propalantes Canonicos, & hoc, quod ſtatutum eſt, obſervantes.

### *Statutum VII.*

CAnonici noſtri Capituli cum fuerint à ſummis Pontificibus, præſertim Paulo III.& Beato Pio V. & Gregorio XIII. pluribus decorati privilegiis, & gratiis, iiſque valdè inſignibus, quarum aliquæ in calce horum ſtatutorum deſcribentur, cõvenit ut ab omnibus iis officiis, muneribus, miniſteriis, & aliis quibuſcumque abſtineant, quæ ipſorũ gradui, dignitati, & conditioni diſſonant, præcipuè cum ſint omnes iidẽ Canonici Dignitates, nimirum quilibet ipſorum dignitatis charactere,& honore inſignitus,ſicuti cuilibet ipſorum in dies reſcripta Apoſtolica, ſive gratíam, ſive juſtitiam concernentia diriguntur, & ſervatis ſervandis, auctoritativè à quocunq; eorumdem expediuntur; Qui honor di-

Digitized by Google

dignitatis non in aliis Cathedralibus cuilibet Canonico competit; ſed tantum dignitati, aut dignitatibus diſtinctis; cum in hac Cathedrali dignitas reſideat penes Capitulum: Idcircò omninò prohibetur Canonicis noſtri Capituli in quacunq; functione ſacra, alio indumento uti, quam rocchetto cum cappa magna, &, ut ajunt, cappuccio, ex pellibus armellinorum undequaq; ſericis ornamentis rubris ſuffultis tempore hyemali; vel toto purpureo holoſerico, tempore æſtivo, juxtà Apoſtolicas conceſſiones, & bullas earumdem. In aliis Eccleſiis extrà Cathedralem, ad ſolemnes miſſas celebrandas invitati, honorificentias, quibus in Cathedrali fruuntur, exigant; aliter invitationes non acceptent; & animo revolvant, eo magis ad æmulanda charismata meliora teneri, quò in eccleſiaſtica Hierarchia, dignitate cæteris de Clero præeminent; imò moribus præfulgere, & perfectionem ſublimiſſimæ epiſcopalis Dignitatis, & Præeminentiæ imitari debere; cujus aliqua proximitate fruuntur;

cum

cum præſertim pluries à S.Sede largitum fuerit, hujus Capituli Canonicos ad Epiſcopatum titularem provehere, & exaltare, retento Canonicatu,ejuſque exercitio;quare morum gravitatem, & nedum interiorem probitatem, verum etiam exteriorem exemplaritatem, quæ gradui epiſcopali convenit, appetere debent;ſicuti etiam quæcumq; munia, quæ eos dedecent, qui à faſtigio epiſcopali non longè diſtant, non amplecti.

## CAPUT XVI.

### DE COLLATIONIBUS CANONICATUUM, ET BENEFICIORUM, AD CAPITULUM SPECTANTIUM.

#### Statutum I.

CUm Capitulo cõpetat conferre Canonicatus ſimplices hujus Cathedralis, ſcilicet octo presbyterales,& octo Subdiaconales ſimultaneè cum Eminentiſs.Archiepiſcopo,

dum-

dummodò non vacent in Romana Curia, & in menſibus Sanctæ Sedi reſervatis; Capitulariter fiat electio, & determinetur elegendus in Canonicum, ut in perſona, & ad favorem ejuſdem electi, ſimul cum Præfato Eminentiſs. Archiepiſcopo expediantur Bullæ nomine ejuſdem Eminentiſs., & Capituli, & cum ſubſcriptionibus, & ſigillis Eminentiſs., & Capituli, nimirum Canonicorum duorum, qui reperiantur Cellararii reſpectivè.

### *Statutum II.*

SImiliter fiat collatio beneficiorum quæ vocantur. *Fratantiæ*, ad noſtrum Capitulum ſpectantium Canonicis capitulariter eligẽtibus, ità ut ille remaneat proviſus, in quem major pars Canonicorum intervenientium in Capitulo concurrit; ſcilicet dummodo habeat unum votum ſupra medietatem Canonicorum intervenientium, & præſtantium ſuffragia; verum quoad alia beneficia liberæ collationis Capitu-

li,

Digitized by Google

li, ſervetur antiquiſſimum ſequens

*Exſtravagans Statutum*

*Circa Beneficia, quæ ſunt ad Collationem Reverendiſs. Capituli Neap.*

Cellararii curam habeant, ut fiat nota omnium beneficiorum, ad collationem Capituli ſpectantium, illorumq; valoris, & ex quibus dictorum beneficiorum habeant introitus; curent etiam in præſentiarum poſſidentia nomina libro Capituli adnotare; deinde ſcribentur nomina Canonicorum in carthulis, reponãtque in arcula, clave clauſa, quæ in arca ſcripturarum recondetur, & clavis dictæ arculæ per Cellarariũ conſervetur, & quandò unum, vel plura beneficia fuerint vacantia, Cellararius Præpoſitus pecuniæ omnes convocare faciat Canonicos ad diẽ ſequentem, illisq; notificet beneficium eſſe vacatum, & ſi unum, vel plura ſint beneficia vacantia, ad collationem Capituli ſpectantia; tot carthulæ à dicta arcula capiantur,

quot fuerint beneficia vacata, illisq;
Canonicis conferantur ſingula, quorũ nomina in dictis chartulis fuerint deſcripta; & Canonici, qui modo præfato de beneficiis vacãtibus participarunt, notabuntur in libro; & chartulæ in quibus eorum nomina deſcripta erant, lacerabũtur; A' prædictis tamen omnibus exceptuantur dicta beneficia ad collationem Capituli, quæ vulgò dicuntur *fratantiæ*; talia autem beneficia juxtà arbitriũ, & voluntatem ipſorum Cellarariorum, cui ipſis libuerit, conferantur.

Cum Apoſtata, tam à fide, quam à Religione, quam etiam à Clericatu, etſi ſedis Apoſtolicæ ampliſſimo munere eccleſiaſticis exutus eſſet cenſuris, atque nodis; non tamen per hoc ceſſet, quin apud homines ejus conditio non ſit ità gravata, ut quanto quis erit improbior, tanto magis ludibrio habeatur;

Statuimus ut de cætero nullus Apoſtata noſtram intret Congregationem, & quocumq; modo in Canonicum inſtitutus recipi debeat, juris, atque juris jurandi Sacratiſſimo

vin-

vinculo, tactis quatuor Evangeliorum ſcripturis, firmamus, & ut pœnæ quoq; metu nemo contravenire audeat; Volumus etiam, ut cõtravenientes, ſive unus, ſive omnes, nec uno excepto, illicò, & toties, quoties contravenerint, ab activis, atq; paſſivis ſuffragiis, honore, ac dignitate quacunq; qua in hoc Capitulo polleret, pro tempore annorum decem pro qualibet contraventione privatus intelligatur, & etiam unius anni fructibus, ac quotidianis diſtributionibus, quæ accreſcere debeant obſervãtibus, ita quod Cellararius illas ad obſervantium opus retinere, atque conſervare teneatur, & ut major prædictis accedat firmitas, ad illa nos invicem obligamus in pleniori Cameræ Apoſtolicæ forma; Tribuentes obſervantibus in contravenientes, agendi, vel accuſandi, ac procedendi, tam ad pœnam, quam ad obſervãtiam, & ad omne id, quod ſibi magis expediens videbitur omnimodam poteſtatem, ſalvo tamen in prædictis ſemper, & illorum quolibet Sedis Apoſtolicæ conſenſu, &



au-

authoritate, quatenus opus eſt, & nõ aliter.

# ORDINES SERVANDI A DD. CANONICIS

E T

RR. HEBDOMADARIIS

Eccleſiæ Metropolitanæ in Celebratione Divinorum Officiorum.

NEAPOLI, Typis Novelli de Bonis Typograph. Archiepiſc. 1712.

*Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# FRANCISCVS

*Miſeratione Divina S. Euſtachii S.R.E. Diaconus*

## CARD. BONCOMPAGNUS

Archiepiſcopus Neap.

# MONITIONES

## OB CHORI SERVITIVM.

CHori diſciplina, Religione, ac pietate repleta, diligenter ab iis ſervanda eſt, qui illùc ad divinas perſolvendas laudes conveniunt.

Quapropter interna devotione, cujus ſplendor foris etiam appareat, debet quilibet Canonicus, Hebdomadarius, vel alter Chori ſervitio adſcriptus, proprio debito, ac rei ſacræ magnitudini ſedulò vacare.

Antequàm Chorum ingrediatur, ſecum pauliſpèr revolvat loci ſanctitatem, cauſam cùr ad illum accedit,

munus commendandi Deum, (quod Angelicum eſt,) idcircò majori qua poteſt devotione, ejuſdem Omnipotentis concelebrandæ ſunt laudes.

Hac menti altè defixa cogitatione, non modò actum, verùm, & ipſam agendi potentiam ab eo, quod à loci Religione alienum eſt, & Divinæ Majeſtatis oculis quomodolibet diſplicere poteſt, pro viribus cohibere curabit.

Quamobrem ſibimet opem ſancta meditatione, ac piis precibus omni ſtudio implorare minimè ceſſabit, ut exteriori quoque cultu Divinis Officiis, ea qua decet reverentia, & non ſine ingenti animæ progreſſu intereſse valeat.

Rocchettum, vel Superpelliceum accipiens, in eo conſcientiæ candor figurari conſideret, cui ſe ſe conformem reddere ſtudeat.

Cum Cappa, ſivè alio ornamento mortui animalis pelle contexto induitur, inanium hujus Mundi rerum deſideria, animique paſſiones compeſcere diſcat. Et quoniam Cappa humeros tegit, & quaſi brachia vincit;



Digitized by Google

cit; hinc affectus, & cupiditates nõ ſolùm coërcere, verùm etiam alligare, ſeque totum Supremi Numinis arbitrio in omnibus ſubmitti oportere intelligat.

Quilibet hiſce Chori veſtibus decoratus, caveat, etiam in Sacriſtia ab aliquo opere patrando, quod habitum, actionemque, cui ille deſervit, aliqua ex parte dedeceat.

Idcircò hujuſmodi habitu immorari non debet, priuſquàm Chorum petat, in ſermonibus vanis, otioſis, ab eoque, quod facere intendit remotis: dummodò non eſſet Chori Præfectus, deque rebus ad Chorum ſpectantibus ageret.

Similiter ſic indutus, quocumque in loco reperiatur, à jocis, vaniloquiis, dicacitate, cachinnis; maximè verò à verbis, vel indignis, vel ſceleſtis abſtineat.

Dato ſigno, confeſtim erga Chorum graviter, ac modeſtè greſſus ſuos dirigat, ſeriò cogitans, quò pergit, nimirum ante tremendum Dei conſpectum, & ad ſacrificium publicæ Orationis offerendum.

Chorum ingreſſus, ab omni terrena cogitatione, animi perturbatione, & cura ab ipſo loco, & actione remota, mentem revocet; ſeque protinùs divino cultui componat; quod ut faciliùs exequi queat, illìc Omnipotentem Deum, & innumerabiles Angelos, & Sanctos aſſiſtere pro certo habeat.

Et formans animo conceptum, quem debet, infinitæ Majeſtatis Domini noſtri, qui ubique adeſt, & omnia proſpicit, omnia videt: aliaque ex parte illum, tanquam amantiſſimum Patrem, ac benigniſſimum Redemptorem conſiderans, toto animi conatu exorabit, ut ſibi rectè orandi gratiam concedere dignetur, & ea, qua par eſt, devotione, ad honorem Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, ac illius Sancti, cujus Officium, vel commemoratio illa die celebratur: offerendo hac de re unâ cum ſuis precibus merita Chriſti, & ejuſdem Sancti.

Dùm recitatur Officium, quilibet, quantum fieri poteſt, ad illius intelligentiam incumbat, conformando

ſe

ſe affectibus Eccleſiæ, & pſalmorũ; & excitando actus amoris, reverentiæ,& gratiarum actionis erga Deũ, doloris peccatorum, humilitatis, & ſimilium, quorum conſideratio in ipſamet pſalmodiæ,& Officii attenta recitatione occurret.

Et in aliquibus rebus peculiaribus magis, magiſque devotionem augere curabit; nimirum, cùm recitatur Gloria Patri, & Filio,& Spiritui Sancto, Deus in adjutorium meum intende, & Oratio appoſita in fine cujuslibet Horæ Canonicæ, nec nõ in illis verbis, per Dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum Filium tuum,&c.

Adſit in primis animo, ut neceſſariam habeat in recitando Divino Officio attentionem pro debiti ſatisfactione, caveatque ad alienas ultrò divertere cogitationes: Et mentem forſan ſentiens vagantem, ſeipſum ſtatim à diſtractionibus abducere curet, atque iterum actualem excitet intentionem, & quod tunc dicitur, intelligere ſtudeat.

Sed ut nonnullas ex regulis pro exteriori cultu opportunioribus attingamus.

Dato ſigno, Chorũ illicò petant, nec mora, vel in Sacriſtia, vel in Eccleſia habeatur.

Euntes ad Chorum, modeſtè, & gravitèr incedant, prout ſuperiùs dictum eſt: non nimis properè, nec indecentèr.

Peracta ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum oratione, & Altari majori, vel ubi celebratur Officium, reverentia, quilibet genuflexus oret, recitando ſemel ad minus Pater noſter.

Dato ſigno, aut Oratione Dominicali à celebrante abſoluta, ſtent omnes, & Officium inchoetur.

Si aliquis in rebus enarratis negligens fuerit, & ſerò ad Officium acceſſerit, juxta Punctatorum regulas punctetur: at ſi abfuerit, vel actũ gravitèr indecentem in ipſo Officii exordio commiſerit, debeant Chori Præfecti totum id Vicario Generali deferre, qui illum advocans pro erroris gravitate emendatum dimittet, & cùm opus fuerit, propter defectuum frequentiam puniet: in levioribus autem poterunt, ac debebunt

bunt ipſimet Præfecti errantes corripere: & in hoc Chori Præfectorũ regulæ adamuſſim ſerventur.

Quilibet in Choro, cùm ad eum ſpectaverit, canat.

Cantus non ſit perturbatus, non celer, non confuſus: ſed modulatus, diſtinctus, ſiſtendo aliquantulum ubi duo incidunt puncta; & ita ut verba intelligantur.

Omnes in Choro, juxta temporis, & Officii rationem, ac ſolitum Eccleſiæ inſtitutum, neceſſarias obſervent cœremonias, hoc eſt, ſedendi, aſſurgendi, caput detegendi, genuflectendi, inclinandi, & hujus generis alia: & ità æquè cuncti, abſque ulla diſtinctione, vel ſingularitate faciant.

In Choro omnes habitum decentem habeant, & præcipuè biretum, ſine pileo, remota omni alia indecẽtia, quæ ſi caſu contigerit, Chori Præfecti, & Vicarius Generalis, prout ſupra dictum eſt, provideant.

Caveant, dum in Choro Divinum recitatur Officium à ſomno, jocis, riſu, contentione, & ſermonibus.

Nullus per Chorum, aut per Eccleſiam vagetur: ſed quilibet in ſuo loco, ubi ipſi permanendum eſt, permaneat.

Dùm in Choro cantatur Officiũ, nemo illud privatim recitet.

Eodem tempore nullus epiſtolas, libros, ſivè alias ſcripturas legat.

Similiter nullus in Choro negotietur; vel ibidem cum laicis colloquia ineat.

E Choro antequam terminetur Officium, nulli diſcedere liceat, niſi ex urgenti neceſſitate, & tunc obtenta priùs à Chori Præfecto facultate, quo caſu graviter, & modeſtè per Eccleſiam incedat, neque in colloquendo moretur.

Completo Divino Officio, omnes genuflectant, & ſubmiſſa voce recitent ad minus Orationem Dominicalem.

Choro egreſſi, recto tramite ad Sacriſtiam redeant, neque hinc indè loquentes, & cum ſecularibus, vel inter ſe ipſos moram faciant.

In Sacriſtia exuantur Superpelliceo, Rocchetto, & Cappa, modeſtè,

&

Digitized by Google

& quietè, prout decet.

Præfecti Noſtri vicegerentes pro regimine Chori per quartariam, debent eſſe aſſidui, nec unquam abeſſe à Choro, complentes munus proprium per hebdomadas inter ipſos, ea ſollicitudine, diligentia, zelo, modeſtia, & gravitate, prout injunctum à Nobis eſt, & ità ab omnibus honore, cultuque habeantur, ac ſi Nos ipſi eſſemus. Neq; ex hoc, cum abfuerint punctari poſſint, niſi juxta ordinem eorum quartariæ, cui inſervire tenentur, vigore Conſtitutionum Summorum Pontificum, eo modo, quo cæteri punctantur Canonici: Et in abſentia Præfecti, antiquior Canonicus, ejus locum, & vices regendo, Præfecti munere fungatur, abſentes punctando, & cujuſque defectus notãdo, prout inferiùs diſponitur; dummodò nõ adſit unus ex aliis Præfectis, ad quem eo caſu, abſente altero Præfecto, munus hoc ſpectabit.

Curent Chori Præfecti, ut habeatur affixus ordo impreſſus Officiorum, quæ quotidiè celebrantur, vel

feriæ, vel alicujus Sancti duplicis, ſemiduplicis, aut ſimplicis, advertẽdo difficultates, quæ ex Officiorum variatione, vel alia de cauſa occurrere poſſent: Nullus autẽ Officium aliter facere audeat. Et cùm aliæ oriuntur difficultates, Scholę Magiſter, vel alius, qui Hebdomadæ præeſt, prævideat, conſulat, & priùs cum ſolo Præfecto reſolvat.

In alio folio, ſivè tabella, quæ in Sacriſtia ſervanda erit, notetur, & præſcribatur hora, qua quolibet menſe inchoandum erit Matutinũ, Miſſæ, & Veſperæ, quæ triginta quibuſque diebus mutari debet, juxta brevitatem, & longitudinem dierum.

Ipſimet Præfecti, una cum Oeconomis curabunt, ut Sacræ Reliquiæ ſolemnioribus diebus, juxta ſolitum ad Altare maius, à Canonicis, Hebdomadariis, & Seminario aſſociatæ aſportentur.

Præfecti à Nobis in Officio contrapunctatorum, tàm Canonicis, quàm Hebdomadariis deputati, librum omnium Canonicorum, &

Hebdomadariorum propriæ Hebdomadæ conficiant : eorumque quilibet punctum ſuum cum illo punctatoris ordinarii conferat, & alius in alterius libello ſignet : quolibet autem menſe fiat, & exhibeatur ſchedula punctatorum, & punctorum.

Tempore diviſionis introituum, & diſtributionum ſervitii Chori, tã Canonicorum, quàm Hebdomadariorum, ad actum aliquem dividendi, vel computa accomodandi non procedatur, abſque Præfectorum punctis, illiuſque interventu, qui ad hunc effectum à Nobis deputabitur.

Scholæ Magiſter dum Officium explet, maneat ſemper in loco ſolito, nec unquàm ſiñe Præfecti licentia diſcedat; Et cum aliquid neceſſarium ei contigerit, priùs alium ſubſtituat: cumque ad ipſum attineat pręparare libros, Officium diſponére, pſalmos incipere, reſponſoria præcinere, lectiones, aut verſus dicendos intimare, injunctum munus, omni diligentia exequi ſtudeat: nec

abſit;

abſit;ſtando ſemper detecto capite: & præcipuè advertat, quod omnes pſalmi, qui cum cantu, vel ſine eo dicuntur, ab ipſo ſolo inchoari debent.

At in feſtis duplicibus, & Dominicis dicendi erunt ab eodem, una cum alio; Obſervando tàm in hoc, quàm in reliquis quicquid hactenùs laudabiliter, & juxtà optimam Chori diſciplinam ſervatum eſt; Nullus autem tonum erigere, vel deprimere audeat, niſi idem Scholæ Magiſter; qui id priùs ad evitandam confuſionem cæteris ſignificare debebit: nec aliquis, ea quæ ad ipſummet Scholæ Magiſtrum ſpectant, dicere, vel exequi præſumat; Contravenientes, præter quod tanquam abſentes punctabuntur, Præfectis quoque juxta exceſſus qualitatem, aliam luent pœnam, prout inferiùs dicetur.

Dùm Scholæ Magiſter præcinit, vel aliquid Canonicis intimat, diligenter attendat eo obſequio, & reverentia, quæ debetur, & moris eſt, procedere: aſſiſtendo, donec à Canonico

nico præcantata fuerit Antiphona.

Canonicus, ſivè Hebdomadarius, qui Hebdomadæ præeſt, maneat sẽper in primo Chori ſtallo proprii ordinis, neque illinc abſque licentia diſcedat.

Mandamus, quod Canonici, Diaconi, & Subdiaconi, Sacerdotali ordine inſigniti, in eorum Hebdomadis, juxta diviſionẽ inter ipſos initã, cum Officium ad Canonicos ſpectaverit, Matutinum, & reliquas Horas Canonicas in loco proprii ordinis, ſivè Hebdomadæ incipiant; exceptis dumtaxat nonnullis Veſperis ſolemnioribus, quæ à Canonico Præsbytero Miſſam Conventualem ſequenti die celebraturo, cantabuntur.

Ad eum, qui Hebdomadæ præeſt, ſpectat incipere Horas, recitare Invitatorium, cum pſalmo Venite, Hymnos, & primas Antiphonas præcinere, abſolutionem, & benedictionem ante lectiones facere, Capitula, & Orationes dicere, Officiumque terminare; Studeat ergo id totum diligenter agere, nec abſit; ſtando ſemper detecto capite; nec alter

ſe

Digitized by Google

ſe ſe in dicendo ingerat, ſivè alios in-gerere faciat.

Hebdomada tùm Canonicorum, tùm Hebdomadariorum, tàm in divinis recitandis Officiis, quàm in Miſſis canendis, per gyrum, & turnum, juxtà ſolitum fiat; nullusque, cũ ad eum ſpectaverit, abſit, abſque legitima cauſa; quilibet enim per ſe ipſum attinentes functiones exequi tenetur: quod ſi eas legitimè impeditus, approbante prius Chori Præfecto, explere minimè poſſet, alium, cum conſenſu eiuſdem Præfecti ſuo loco deputare advertat; Præfectorũ verò onus erit qualibet Hebdomada adnotare in ſchedula officia, quæ expleturi erunt, prout ſupra dictum eſt, ut nulli excuſationis locus detur.

Volumus, ut in aliquibus diebus, & feſtivitatibus ſolemnibus, quando omnes Canonici, & Hebdomadarii ad Matutinum tenentur, cuncti in Sacriſtia majori congregentur, & proceſſionaliter pergant ad Chorũ; quod ſimiliter eodem die ad Veſperas ſervetur; Mandantes quod in

die-

Digitized by Google

diebus Nativitatis Domini, Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, ac D. Ianuarii tria Nocturna, laudeſque canantur.

Inſtante hora inchoationis Officii, vel Miſſæ Conventualis, priùs dimidium horæ circiter campanæ pulſentur; eritque in Choro Scholæ Magiſter, & qui Hebdomadæ præfuerit. Idem Scholæ Magiſter, ſivè alter pro eo, Præfecti ordine, bis pulſet (aliquo tamen temporis intervallo) ejuſdem Chori campanulam per extenſum ſpatio Pſalmi Miſerere, dando ſignum omnibus, qui ad Officium, vel Miſſam intervenire tenentur: & antequam dictæ campanulæ pulſatio compleatur, omnes jam in Choro adeſſe debebunt; nec aliquis deambulet, ſivè per Eccleſiam moretur; nulloq; expectato, ſtatim inchoetur: qui autem abfuerit, ſcilicet in Matutino per totum tertium Pſalmum: in Miſſa abſoluto ultimo Kyrie: in Veſperis, & Horis Canonicis primo Pſalmo completo, irremiſibiliter punctetur; ſub pœna punctatoribus reſtitutionis fructuũ,

quos

Digitized by Google

quos negligentibus minùs juſtè lucrari ſinent.

Remittimus tamen prudentiæ, & fidei Præfectorum, cùm viderint aliquem paululùm tardè venientem, ut illum ſolùm excuſare poſſint, qui ſolitus ſit frequentare Chorum, dùm cognoverint in ejuſmodi mora cauſam interfuiſſe legitimam; Nolumus autem, ut de iis hæc habeatur conſideratio, qui aſſiduè abeſſe ſolent. Inſuper exiſtentes in Eccleſia, & pulſata campanula ad Chorum ſtatim nõ accedentes, expectato termino ſupradicto, punctari debebunt, alio termino non expectato, quod præcipuè de Hebdomadariis intelligatur.

Nec alter campanulam pulſare præſumat: nec aliud ſignum præter illud detur pro inchoando Officio, & accendendis luminibus in Altari: quæ niſi tempore ſtatuto accenſa fuerint, Officium minimè inchoetur; at Præfectus debitam irrogabit pœnam miniſtro Clerico, ad quem Hebdomada illa Altaris, & Chori cura ſpectabit.

Ca-

Canonicus, ſivè Hebdomadarius, qui ad Officium tenetur, niſi punctari velit, interveniat cum Cappa, & Rocchetto;& Chorum ingrediens peracta Altari reverentia, capite Canonicorum Chorum ſalutet, reſpiciendo priùs partem illam,in qua ſeſſurus non erit : ex alia verò petat locum ſuum, ubi proprio muneri vacabit, pſallendo, & recitando, vel unâ cum reliquis canendo, ea reverentia, ſilentio, & attentione,quæ à perſonis Eccleſiaſticis in loco ſacro, & benedictionis expetitur. Cautum pariter ſit,ut nullus Hebdomadarius audeat poſthac adeſſe, ubi muſicè cantatur, cum Pallio, ſed cum Cappa,& Rocchetto,vel ſaltem cum ſuperpelliceo; idemque Capellæ Magiſtro præcipimus.

Cùm Canonicus ingreditur Chorum, omnes illic intereſſentes, non ſolùm caput detegant, ſed erigantur; Hebdomadarium verò ingredientem Canonici tantùm reſalutent.

Nullus ex alio loco, quàm ex ingreſſu principali, & Solito Chorum

ingrediatur; abſtinens ſe ab ingreſſu ex aliquo Chori latere, vel obliquo, nec feſtinanter, ſed ea gravitate, & modeſtia, quæ eorum decet ſtatum, exteriori corporis cultu interiorem animi compoſitionem præſeferētes.

Præcipimus etiam, ut dum recitantur Horæ Canonicæ, claudatur Chori locus ſcamnis amovibilibus, cum parva janua in medio, per quam illùc pateat ingreſſus; & clauſa ſit tempore recitationis Officii, ad tollendam quamcumq; occaſionem, quæ debitam poſſit à Divinis Officiis abducere intentionem; Et de hoc Oeconomis cura erit.

Cum aliquod reſponſorium, aut verſus, vel aliud in libro exiſtente in medio Chori cantandum erit, omnes Hebdomadarij pergant ante dictum librum, vel ſaltem modò pars una, modò alia egrediatur, cum omnes tenentur: excepto tamen Hebdomadario celebrante, qui in ſuo loco ſiſtere debebit; volentes ut adhibeatur lectorinum altum ad hunc effectum peractum.

Nunquam è Choro aliquis diſcedat,

dat, abſque Præfecti licentia, quam non dabit, niſi ex urgentiſſima cauſa, & modico temporis ſpatio, & tũc per Eccleſiam graviter, ac modeſtè incedat, neque in colloquendo moretur. Admonentes, quod ſi ſervitio addicti, ſacrum fecerint, dum Officium in Choro recitabitur, amittere debent illius Horæ diſtributionem, tanquam abſentes. Et quoad Canonicos, quoniam habent epiſtolam bonæ mem. Cardinalis Antonii Carafæ atteſtantem de Sedis Apoſtolicæ declaratione, volumus, ut Præfectus dictam facultatem minimè concedat, quando in Choro pauci interſunt Canonici, prout accidit, cùm per quartariam, ſeù terziariam deſerviunt.

Diebus tamen, quibus Concio habetur, valeat Præfectus concedere licentiam celebrandi uni eorum qualibet vice, qui ſunt de Hebdomada, & ſic ordine ſucceſſivo alteri, poſtquam primus ille reverſus fuerit, ut ſemper Chorus, majori, quo poteſt numero, exornetur.

Canonici, & Hebdomadarii, cum te-

Digitized by Google

tenentur, Chori ſervitium, nec pro audiendis confeſſionibus, deferant; aliàs quilibet, tanquam abſens, illius Horæ diſtributione privetur; Excepto Canonico Pœnitentiario juxtà S.C.T. diſpoſitionem: Advertendo, quod ſi hic audierit confeſſiones antè recitationem Officii, non idcircò illud tempus ſibi computare valebit, alienis rebus vacando, dùm in Choro cantatur.

Officium recitetur attentè, devotè, & ordinatè, ſiſtendo pauliſper, ubi incidunt puncta, & præcipuè in medio verſiculorum Pſalmorum: fiat autem differentia inter Officia duplicia, ſemiduplicia, & ferialia; ad quod invigilare debebit in primis Scholæ Magiſter, manu indicens ſignum puncti, & pauſæ.

Dùm inchoantur Horæ, dicuntur Hymni, Cantica, Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis, &c. leguntur Evangelia, Capitula, Verſus, Symbolum S. Athanaſii ad Primam, Orationes; Et dum Canonici inter ipſos in Miſſa confeſſionem ineunt, Gloria in excelſis Deo, Credo dicũt;

Sic

Digitized by Google

Sic etiam à principio Præfationis, uſque ad Sacerdotis Communionem; ſtent omnes detecto capite: nec non dum recitatur Gloria Patri, Benedicamus Patrem, & Filium &c. vel nomen glorioſiſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſivè Beatiſſimæ Virginis Deiparæ nominabitur, caput cuncti detegant: genuflectentes quoque cum opus fuerit, ad præſcriptũ Rubricarum Breviarii, & Miſſalis reformati. Caveant autem, ne quis ſtet, dum reliqui ſedent, vel è contra, ſtudentes in omnibus inter ſe ipſos conformari.

Si Capellæ, Scholæ, vel Cœremoniarum Magiſtri, in aliqua re ad eorum munus ſpectante defecerint, pro abſentibus reputentur; creſcente verò contumacia notentur, ut contra eos pœnis noſtro arbitrio reſervatis procedatur.

Hebdomadarii quoque, ſi in legendo lectiones, Martyrologium, Orationes, aut ſimilia, in errores inciderint notabiles, punctentur, & tanquã abſentes habeantur.

Cœremoniarum, vel Scholæ Ma-



Digitized by Google

giſtri, nihil in Choro, nec circa Miſſam, vel alia Divina Officia, eorumque inchoationem, ſivè aliud, abſque Præfecti conſilio innovare audeant; Quod ſi ſecùs, punctentur, & pro abſentibus cenſeantur, præter alias pœnas iis pro noſtro arbitratu infligendas; Præfecto verò authoritas tributa à Nobis intelligatur, etiam contra Hebdomadarios in eorum defectus, & errata contrapunctanda.

Et ut omnis confuſionis, & ſcandali occaſio eradicetur, præcipimus, ut in poſterum Præfecti ſemel quolibet menſe cum Scholæ, & Cœremoniarum Magiſtris conveniant, propter obſervantiam, rectamque Chori, & cœremoniarum diſciplinã, in quibus non immutetur, nevè aliquid, abſque eorundem Præfectorũ ſcientia innovetur.

Ipſimet Præfecti mulctandi, & puniendi facultatem habeant, etiam eo ipſo, quòd error, ſivè tranſgreſſio committitur, cum hoc tamen magis expediens exiſtimaverint; concedentes eis authoritatem mulctandi Hebdomadarios in duobus carolenis, di-

ctam-

ctamque pœnam pecuniariã à Cellarario exigendi, & pro ſervitio Sacriſtiæ eorum arbitrio applicandi. Quoad Canonicum verò valeant punctatori mandare, ut illum eadem mulctet pœna.

Scholæ Magiſtri ! nullatenus in iis, quæ ad Præfectos ſpectat, etiam in eorum abſentia ſe ſe ingerant: advertendo, quod eorum quilibet idoneum ſubſtitutum habere debet; ac tranſgreſſores poſſint Præfecti eo modo, quo ipſis videbitur mulctare; propriam in hoc conſcientiam onerantes.

Hebdomadarius, Officium exordiens, ad finem uſque proſequi tenetur, aliàs punctetur, & ab illa hora abſens reputetur.

Celebrans, Diaconus, Subdiaconus, cæterique Canonici, & Hebdomadarii non recitent Officium privatim, vel coronam, neque libros, literas, ſcripturas legant, nevè ſubſcribant, vel aliud quid ab eorum miniſterio alienum agant, aliàs punctentur, & pro abſentibus habeantur; qua pœna, volumus, ut ii etiam



Digitized by Google

ligentur, qui eorum Canes ad Chorum accedere permiſerint.

Nolumus autem, ut ii punctentur, qui dum Miſſa cantabitur, peculiarem aliquam devotionem, Officium, vel coronam recitant, dummodò id minimè fiat tempore quo ad canendum tenentur, vel aliis impedimentum præſtent.

Organiſta munere ſuo ipſemet fungatur, aliàs punctetur: at cùm ex aliqua urgenti neceſſitate præpeditus fuerit, alium pro ſui vice ſubſtituat; ſciente tamen illius Hebdomadæ, & Quartariæ Præfecto.

Et ut ei propriæ obligationes innoteſcant, curent Oeconomi, ut in Sacriſtia ſemper habeatur affixa tabella dierum, quibus Organum pulſare tenetur: mandantes Præfectis, & Punctatoribus, ut illum, quoties abſuerit, punctent, & puniant.

Intelligatur deletus ab hinc abuſus omittendi recitationem Completorii à die Inventionis Sanctiſſimæ Crucis, uſq; ad feſtivitatem omnium Sanctorum, & in diebus, quibus Lectio, ſeù Concio habebitur,

vo-

volentes, quod numquam prætermittatur.

In recitandis Horis minoribus, ſervetur tempus præſcriptum, & injunctum in Rubricis Miſſalis reformati, nec aliquis Canonicus, vel Hebdomadarius eas anticipari, vel poſtponi facere præſumat ſecùs ac præcipitur in dictis Rubricis, quocumque prætextu, & occaſione, absque ſcientia, & facultate Præfecti.

Canonicus, & Hebdomadarius, qui Officio non intereſt, vel ad Chorum extrà tempus ſuperiùs aſſignatum accedit, vel non canit, ſeù non recitat Officium: ſivè abſque licentia, & Præfecti voluntate diſcedit, aut Antiphonam, vel quid aliud ei intimatum, dicere recuſat: vel Chorum nõ petit cum Cappa, & Rocchetto, vel non manet, ſedetque ordinatim in loco ſuæ receptionis, & jugiter cum aliis, ac debitas non peragit cœremonias, ſivè negotiabitur, vel colloquetur in Choro, punctetur irremiſſibiliter; Onerantes in hoc Præfectorum, & Punctatorum conſcientiam, qui præſtare debebunt jura-

 men-

mentum de injuncto munere fideliter exequendo.

Sed ſi quis ſupraſcriptis ordinibus contrairet, aut alium patraret exceſſum, ob quem Divina turbarentur Officia; prout erit, alta loqui voce, altercari, vel aliud loci Sanctitati inconveniens agere, Præfectis non obtemperare, vel quid ſimile; tunc præter dictam pœnam, ad aliam majorem, juxtà trāſgreſſionis qualitatem & contumaciæ incrementum procedatur. Quo ad Canonicos autem, punctum inviolabiliter exigetur, prout dictum eſt de abſentia ejuſdē Præfecti. Cæterùm ad eliminanda ſcandala, & diſcordias peculiari noſtro ordine providebitur.

Cunctis, & ſingulis præcipimus, nè contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Provincialium, & Diœceſanarum hujus noſtræ Eccleſiæ, colloquia intùs Eccleſiam habeantur, nevè tractatus, circuitus, vel uniones fiant, præſertim cum Divina celebrantur, Officium, & Sacra conficiuntur; Committentes Oeconomis hujuſce ordinis

nis exequutionem; cumque opus fuerit noſtro Vicario Generali deferant, cui mandamus, ut tranſgreſſores ſeverè puniat.

Et ut ignorantiæ excuſationem nullus allegare valeat, volumus, ut præſentes ordines à Nobis peracti, juxtà aliàs decreta à noſtris prædeceſſoribus, perpetuò ſint affixi in Sacriſtia majori, & Choro noſtræ Eccleſiæ Metropolitanæ, quæ publicatio, & affixio robur habeat, & effectum ejuſmodi ſortiatur, ac ſi cuique perſonaliter, & ſingillatim intimata foret. Datum, &c. die 24. Februarii 1633.

*Franciſcus Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus.*



Digitized by Google

# Miſſæ, & celebrationes Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Neapolitani, & DD. Canonicorum, ac alia obſervanda in Cathedrali Neapolitana.

*Ab Eminentiſs. & Reverendiſs. Dom. Archiepiſcopo.*

IN Nativit. D.N.I.C. tertia miſſa. In die Cœnæ Domini (niſi celebret pro Eminentiſſimo alius Epiſcopus pro confectione Sacror. Oleor.) In feſto SS. Corp. Chriſti. In Aſſumpt. B.M.V. In feſto S. Januar. Septembris.

Abſente Eminentiſs. Dom. Archiepiſcopo, aut impedito, vel nolente celebrare, ſemper ejus celebrationes ſupplentur per Turnum, ſeu circulũ adamuſſim, ſicut in aliis infraſcriptis Turnis, ſeu circulis, à DD. Canon. Presb. Præb. etiam juxta

Epi-

Epiſtolam à Nobis oculariter, ac in ſuo originali recognitam, conſcriptam ſub die xii. *Jun.* 1609. à fel. me. D. Cardinali de Acquaviva Noſtro Prædeceſſore tunc Romæ degente, Dom. Epiſcopo Calvenſi ejus Vicario, in qua legimus conſultam ab eodem Archiepiſcopo Sac. Rit. Congreg. ſuper delatione SS. Corporis Chriſti in feſto ejuſdem, uſque ab antecedenti inter Canonicos Noſtræ Cathedralis, & Canonicum Primicerium ejuſdem controverſa, re seriò, ac maturè ante diſcuſſa, perpenſiſque omnibus ſcripturis per ambas partes productis, deciſiſſe in hac Cathedrali, Primiceriatum non eſſe Dignitatem, ac idcircò omnes functiones Archiepiſcopales abſente Archiepiſcopo debere fieri per Turnū, ac ſpecificè celebrationem Miſſæ in die SS. Corporis Chriſti, ejuſque proceſſionalem delationem cum thurificatione, ac Benedictione ſolemni, injungendo eidem Vicario inviolabilem hujus deciſionis obſervantiam ſub gravibus pœnis, quæ regula militat in omnibus, & quibuſcumque

functionibus Archiepiſcopalibus, utputà in Feſto Translationis D. Januarii, in Proceſſione, quæ fit Sabbato immediatè præcedenti primam Dominicam Maii, in qua, abſente, vel impedito Eminentiſs. Archiepiſc. per turnum unus ex dictis ſeptē Canonicis thurificat Sacrum Caput, & Sanguinem D. Januarii ante Cappellam vocatam Theſauri in egreſſu dictarum Reliquiarum, & dicit Orationem de more in ſedili poſt intonationem Hymni SS. Ambr. & Auguſt. ſicut etiam in Altari Majori maximi Templi, completa dicta Proceſſione dicit Orationem, ac benedicit Populum cum Sacro Sanguine.

*A DD. Canon. Presb. Præb.*

PRimus Turnus. Proceſſiones SS. Corp. Chriſti in ejus feſto, in quibus ſi Eminentiſs. Dom. non deferat Sacram Hoſtiam, defertur à Canon. Presb. Præb. per Turnum, qui currit donec omnes VII. Can. Presb. Præb. (ſinguli ſingulis vicib.)

de-

detulerint ; ſive ipſa delatio fuerit integra, ab initio .s. Proceſſionis uſque ad finem, ſive non integra, à loco.s. ubi Eminentiſs. Dom. Archiepiſcopus deferre deſinet uſque ad finem. In Veſp. ac Proceſſione diei octavæ, idem Canonicus qui detulit Sacram Hoſtiam, aut celebravit Miſsã in die feſti, celebrat; Quod ſi Eminentiſs. Dom. in die feſti, & Miſſam celebravit, & Sacram Hoſtiam detulit, celebrat Canonicus, ad quem ratione Turni ſpectat delatio in Proceſs. Corporis Chriſti inſequentis anni.

Secundus Turnus. Officia Divina Tenebrar. Matut. ac Laud. fer. v. vi. & Sabb. majoris hebd. abſente, aut nolente Eminentiſs. Archiepiſcopo, quarum trium celebrationum ſingulæ quolibet anno ad ſingulos Can. Presb. Præb. ſpectant: ità ut Can. qui, ex. gr. celebravit Off. fer. v. ſuccedat in celebratione Off. fer. vi. Canonicus immediatè ſubſequens; & alter Canonicus immediatè ſequens celebret anno ſubſequenti, ac ſic deinceps, donec compleatur Turnus;

 verò

verò Eminentiſs. Dom. celebret, idē curſus Turni remanet ſuſpenſus, & Canonico qui poſtremò celebravit ante celebrationem Dom. Archiepiſcopi, prima vice qua Dominus Archiepiſcopus non celebrat, Canonicus immediatè ſubſequens ſuccedit in celebratione, & ſic ſemper.

Tertius Turnus. Primæ Veſp. cū Off. & Miſſa in die feſto S. Suſannæ in Capella Çarbonum, ac Miſſa S. Anaſtaſiæ in Aurora Nativ. D.N. I. C. ſecunda Miſſa in Capella Capyciorum Minutulorum, pro quarum duarum celebrationum unaquaque à Cellarario Noſtri Capituli ſolvuntur caroleni novem Canonico celebranti: & idem Canonicus, ad quem ratione hujus Turni ſpectat celebrare Miſſam S. Anaſtaſiæ, celebrat primam Miſſam in Nocte Nativ. imò etiam Off. in ſupplemētum Archiepiſcopi.

Quartus Turnus. Miſſæ, quæ celebrantur coram Eminentiſs. Dom. aut Excellentiſs. Dom. Prorege, aut coram DD. Electis Civit. ac Magiſtratib. ut in feſto SS. Corp. Chriſti

(ſi

(ſi Dom. Archiepiſcopus non celebret)& in feſto Patrocinii S. Januar. in quo abſente Archiepiſc. ille Canonicus Presb. Præb. ad quem ratione Turni contigerit celebrare, poſt intonationem Hymni *Te Deum*, &c. ac Miſſam, depoſitis indumentis Sacerdotalibus in latere Altaris, debet Crucem, Reliquias, ac S. Caput, & Sangu. D. Ianuarii thurificare in Cappa Canonicali cum Stola, ſicuti etiam poſt completam Proceſs. ac poſt Hymnum *Deus tuorum militum*, cum verſiculis de more prædictas Reliquias iterum thurificare, ac preces cum orat. dicere: quibus peractis, munus erit Canonici, qui pro tempore erit Theſaurarius, ut infrà, S. Sangu. D. Proregi, & aliis deoſculandum porrigere.

Quintus Turnus. Proceſſiones Generales etiam cum Pluviali, & cum Delatione Reliquiæ S. Crucis ſolitæ fieri occaſione Jubilæi, calamitatis, & ſimil. intus, vel extrà Cathedr. quarum Proceſſionum ſingulæ ad ſing. Can. Presb. Præb. ſpectāt; & Canonico qui in ultima Proceſ-

ſio-

ſione celebravit, in Proceſſione ſub-ſequenti, quæ poſt quantumcumque temporis intervallum fiet, ſuccedit Can. immediatè ſubſequens.

Sextus Turnus. Feſta Epiph. Purific. Sabb. S. Pentec. Translat. S. Jan. Aſcenſ. SS. Petri, ac Pauli, & Omn. Sanct.

Septimus Turnus. Dom. Adv. Septuag. & ſeqq. uſq; ad Domin. Palm. incluſ. ità ut Can. celebr. in ult. Dom. Adv. ex. gr. unius anni, ſuccedit in celebr. Domin. Septuag. ſequ. anni Canon. immed. ſubſeq. & ſic ulterius continuando, & Canon. celebranti in Dom. Palm. Canon. immediatè ſubſequ. ſuccedat in celebr. primæ Dom. Adv.

Octavus Turnus. Aſſiſtentiæ Eminentiſs. Dom. Miſſam celebranti, aut quaſcumque, & ubilibet, etiam extrà Cathedr. Pōtificales functiones per ſeipſum exercenti, ut in Ingr. Prof. velat. Monial. Conſecr. Eccl. Collationis Sacram. Confirm. ac ſimil.

*A D. Canon. Pœnit. Majori.*

In die Cinerum, Paraſceve, & Commem. Omn. Fidel. Defunctor. & qui-

& quidem privativè quoad alios; & eo non celebrante,ſupplet alius Canon.Presb.Præb.ab ipſo ad libitum deſignan. & eo non deſignante ex. gr. quia vacet ea Canonia, alius Canon. ejuſdem ord. qui ab Eminentiſſimo D. Archiepiſcopo deputabitur ad exercendum munus Pœnitentiarii Majoris, donec novus Canon. Pœnitentiarius Major adveniat; Si verò iſte Canon. non erit Presb.Præb. invitet quemcumque alium Can. ejuſd.ord.

*A DD. Canon. Presb. ſimpl.*

In feſtis SS.Apoſt. Matthiæ, Philip.& Iac. Iac.Barth. Matthæi,Sim. & Iudæ, Andreæ, & Th.In Annunciat. B. M. V. In duobus feſtis poſt Paſch. Reſurr. In duobus feſtis poſt Pent. In dieb. SS. Trinit. Nativit. S.Io:Bapt.Nativ.B.M.V. S.Agnelli, In duobus feſtis poſt Nativit. D. N. I. C. In Capella Archiepiſcopali intus Capellam Theſauri D.Ianuarii intus Cathedr.

Omnes prædicti Turni, ſeu circuli ſunt diverſi, & quilibet Turnus non recurrit, ſeu denuò incipit,niſi

qui-

Digitized by Google

quilibet ex Canonicis illius ordinis, ad quem ordinem ſpectant celebrationes (unus poſt alium) ſuam celebrationem peregerit. Inſuper quolibet Turno currente, eo Canonico, ad quem ratione Turni ſpectaret celebratio, non celebrante, adhuc, currit Turnus, & celebratio ſubſequens fit per ſaltum à Canonico ad quem ſpectaret celebratio immediatè ſubſequens.

In adminiſtratione Sacramẽti ordinis præſertim generali per Eminentiſs. Dom. Archiep. ille Canon. aſſiſtet, ac munus Archidiac. juxta Pontificale Romanum exercebit, qui tunc temporis reperietur Secretarius Congregationis Sacræ Ordinationis, ſive examinis, vel alius Canon. Cathedr. ab eodem Canon. Secretario examinis deſignandus, & in hujuſmodi adminiſtratione generali per Eminentiſs. Dom. Archiepiſc. debebunt aſſiſtere omnes Canon. cum Mitris, ut in Capellis mitratis, vel ſaltem duo Canonici Diaconi, & duo alii Diaconus. s. & Subdiac. cum Mitris, & ipſe Canon.

Se-

Secretarius Sacræ Ordinationis, cũ Pluviali, & Mitra, prout obſervatum fuit in ultima ordinatione habita per Eminentiſs. Dom. Card. Cãtelmum Archiepiſc. Neap. In adminiſtratione vero ejuſdem Sacramẽti per aliũm Epiſcopum nomine Eminentiſs. idem qui ſuprà Canon. Secretarius Sacræ Ordinationis aſſiſtet, indutus tamen veſtibus Canonicalibus, Rocchetto .s. & Cappa magna, vel alius Canon. Cathedr. ab eo deſignan. cum emolumento libræ unius ceræ elaboratæ pro qualibet vice ſolvendæ à Magiſtr. Cærem.

Canonicus Noſtræ Cathedr., qui à Nobis, aut à Noſtris ſucceſſoribus Theſaurarius fuerit deſignatus cum patentatibus ad nutum, ac amovibiliter, ſicuti hodierno Canon. Theſaurario præcipimus, ſeduló Sacras Reliquias, quæ aſſeruntur in Sachriſtia majori, cuſtodiri religioſe, curet, et ſuis temporibus exponere juxta præſcriptum Tabellæ Sacrar. Reliquiarũ in Altare majori, vel in aliis Altaribus juxtà ſolitum, ut in diebus

S. Atha-

S. Athanaſii, & Aſpreni ſtatuas eorundem in ſacellis collateralibus Altaris majoris, in quibus Corpora præfator. SS. ſunt condita, reſpectivè, quas à Capella Theſauri, ut infrà recipiet, ac in Sabbato præced. feſtum Translat. D. Ianuarii, completa Proceſſione poſt elargitam intus Cathedr. à D. Archiepiſc. benedictionem cum S. Sanguin. ſtatim eundem S. Sangu. accipiet à manibus Eminentiſs. Archiepiſcopi, & deoſculandum porriget, etiam Dom. Proregi, ſi aderit, ac poſteà cum cæteris Reliquiis reſtituet Capellæ Theſauri, ac die ſequenti eundem Sanguinem cum cæteris Reliquiis à dicta Capella recipiet, ac per totum diem illum oſculandum porrigere debebit omnibus etiam Dom. Archiep. privativè quoad omnes Canonicos, etiam Primicerium, Cimiliarcam, &c. ac hora ſalutationis Angelicæ reſtituere ut ſuprà, quæ omnia ſervabit ſingulis diebus octavarii S. Ianuarii Septemb. ut dictum eſt de die Translat. S. Ianuar. de menſe Maii, ſicuti etiam in die xvi.

De-

Digitized by Google

Decembr. in qua poſt Proceſsionem, ac Benedictionem elargitam à D. Archiepiſc. cum S. Sanguin. ſtatim eund. accipiet, & poſtquam deoſculandum porrexerit, paulò poſt dictæ Capellæ cum cæteris Reliquiis reſtituet, occupato ſemper per dictum Canonicum Theſaurarium pro tempore digniori loco in omnibus aſſociationibus intus Cathedr. à Capella Theſauri ad Altare majus, ac è contrà dictar. Reliquiar. etiam ſi de quatuor ordinibus Canonicalib. ex quibus conſtat noſtrum Capitul. ipſe Theſaur. ſit Canon. ord. inferioris, aut in eod. ord. minus antiquus reſpectu Canon. intervenientium in dictis aſſociationibus etiam Primicerii, aut cujuſcumque alterius, quæ omnia ſunt ſervanda in expoſitionibus Sacri Capitis D. Ianuar. cum Reliqu. in occaſionibus, tam ordinariis, quàm extraordinariis. Proceſſionum etiam extrà Cathedr. ut in Proceſs. Sabb. præcedentis primam Dominicam Maii, ac diei 16. Decembris; & in aggregatione Sanctorum inter Patronos in actu Poſſeſ-

ſionis

ſionis, qui peragitur in Altari majori Cathedr. intervenientib. duob. Dom. Canon. OEconomis, ejuſd. Cathedr. ac Dom. Electis Civitatis debebit ſtatuam novi Patroni thurificare, ac Orat. ejuſd. recitare, indutus ſtola ſuper Veſtib. Canonicalibus.

Inhærendo, & pro obſerv. Bullæ fel.record. Pii Papæ V. uſus Cappar. hyemalium incipiat à primis Veſp. Omn. SS.& uſus Æſtivarum, ſive Sericar. incipiat à Sabb. Sanct. non obſtante quacumque conſuetud.in contrarium, utpotè adverſante dictæ Bullæ conceſs.

Obſervantiam injungimus decretor. S.R.C. & ſpecificè illius ult. loco emanati ſub die 25. Septembris 1688.in quib. decernitur quod Canonicus Cimiliarca licet tam intra, quàm extrà Cathedr.in omnib. Proceſſionibus, functionib. celebrationib. ac Anniverſariis, aliiſque, convenientib. Hebdomadariis ſemper deferat baculum quoddam argento ornatum in ſignum ſuperioritatis, ac regiminis, tamen illum non deferat

rat præſente D. Vicario Noſtro Generali, vel aliis Can. Cathedr. cujus ult. decreti tenor eſt ſequens.

Neapolitana cum S. R. C. habita die 19. Ianuarii 1619. referente Eminentiſs. Cardin. Creſcētio, inhærendo decreto Viſitationis anni 1583. Cimiliarcam Metropolitanum, dum cum Hebdomadariis, abſque interventu Canonicorum Proceſſionibus, & Exequiis, nec non Anniverſariorum, Miſſarum, & Divinorum Officiorum celebrationibus intereſt, Baculum ornatum in manibus ſignum ſuperioritatis, & regiminis deferte poſſe cenſuerit; Necnon eadem Sacra Congregatio die 22. Maii 1683. declaraverit prædictum Canonicum Cimiliarcam Eccleſiæ Neapolitanæ, qui eſt etiam Caput Congregationis Hebdomadariorum, & cum eis in digniori loco accedit ad omnes Proceſſiones, & functiones, quę per illos fiunt, indutus veſtibus Canonicalibus, & habens Baculum in manibus argento ornatum in ſignum ſuperioritatis, non teneri accedere cum candela accenſa:

cenſa: Hodie pro parte,& ad inſtantiam prefatorum Hebdomadariorum: Contra Rever. D. Canonicum Aloyſium Capycium Galeota modernum Canonicum,& Cimiliarcam ſupplicatum fuit à ſupradictis decretis recedi; Eadem Sacra Rituum Congregatio viſis,& auditis juribus, ab utraque parte hinc inde deductis, & allegatis cenſuit ſtandum eſſe in deciſis ſub data die 19. Ianuarii 1619. & 22. Maii 1683. & ita decrevit, & ſervari mandavit die 22.Sept. 1688. ita reperitur in regeſtris Congregationis Sacrorum Rituum in quorum fidem, &c. die 1. Octobris 1688.

*Bernardinus Caſalius Secretarius.*

Locus Sigilli.

Omnium ſupradictorum, & ſingulorum obſervantiam continuari, ac reſpectivè revocari, & in praxim reduci volentes, hic recenſeri, ordinari, ac deſcribi cenſuimus occaſione S. Viſitationis habitę in Noſtra Cathedr. ad majorem Dei cultum, ac celebratione Synodi Provin-

vinclalis, ac ne in poſterum aliquis circa ead. abuſus, aut error irrepat, in ſcriptis redigi ad futuram memoriam, ac inviolabiliter obſervari mandamus ab iis ad quos ſpectat, ſub pœnis Noſtro arbitrio reſervatis. Datum ex conſeſſu Synodali die 20. Aprilis 1699.

Jacobus Cardinalis Cantelmus Archiepiſcopus.

Digitized by Google

ADnotatur quod omnes celebrationes, præſertim Miſſarum conventualium, votivarum, vel quarumcunq; ſivè ordinariæ ſint, ſivè extra ordinariæ, ſi aſſiſtat Eminentiſſimus Dominus, ſpectant ad Canonicos privativè quoad omnes, excepta celebratione Circumciſionis Domini, à primis veſperis, uſq; ad Miſſam incluſivè, quæ peragitur ab uno ex XVIII. Beneficiatis hujus Cathedralis nuncupatis Quadraginta, * (quia cũ aliis XXII. Beneficiatis numerariis nuncupatis Hebdomadariis, ejusdẽ complent numerum XXXX.), ſicuti etiam diebus S. Athanaſii xv. Iulii, Transfigurationis Domini, vi. Auguſti, & Dominicæ intra Octavam Aſſumptionis B. M. V. ex conceſſione Capituli, & Canonicorum, etiamſi aſſiſtat Eminentiſſimus Dominus, celebratio Miſſæ ſpectat ad unum ex dictis Hebdomadariis, ex conceſſione Capituli, & Canonicorum Capitulariter facta, prout ex decreto Sac. Rit. Cong. ad relationẽ Eminentiſs. & Reverẽdiſs. Domini Cardinalis S. Clementis, ſub die 16. Septembris 1702.

*fol. 546. at S. Viſit. Cathed. 1582.

# TABELLA

## DIERUM, ET FUNCTIONUM

*IN QUIBUS*

## DD. CANONICI

Intereſſe debent, tum in Choro Eccleſiæ Metropolitanæ Neap. tum S. Reſtitutæ.

ET

## PRAXIS

Dividendi Redditus, & Diſtributiones inter ipſos.

NEAPOLI, Typis Novelli de Bonis Typograph. Archiepiſc. 1712.

*Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ANtequam ad praxim deveniamus dividendi redditus, & diſtributiones inter DD. Canonicos, qui præſentes ſunt in Choro, & in aliis Capitularibus functionibus; quam breviſſimè attingamus de horis, in quibus ſolet dari ſignum cãpanæ ad divinas laudes recitandas in Choro per DD. Canonicos hujus Metropolitanæ Urbis Neap. & quibus diebus in eo intereſſe debent; & in quibus decantari debeat Matutinum, vel Tertium Nocturnum, aut Te Deũ laudamus; aut pulſari Organum.

In primis verò generaliter eſt notandum, quod in omnibus Dominicis Adventus, & Quadrageſimæ, omnes Domini Canonici intereſſe tenentur Miſſæ, ac etiam ſecundis Veſperis; Ad reliqua illi de Hebdomada, & cantatur Tertium Nocturnũ.

Tempore Adventus tenentur DD. Canonici inſervire per tertiam partem, juxta diviſionem, quæ inferius notabitur.

Tempore Quadrageſimæ per totam Dominicam in Albis per medietatem.

In reliquo anni tempore, per quartam partem.

In omnibus aliis Dominicis per annum Miſſæ tantùm omnes intereſſe tenentur, & cantatur Tertium Noct. Supradicta obſervantur ordine Gregorii Papæ XIII.

In Dominicis Adventus, & à Septuageſima, uſque ad Dominic. in Albis, Officium celebratur à Canonico à primis Veſperis uſque ad nonam incluſivè.

IN Feſtis, quibus cantatur Tertiũ Noct. tàm in primis, & ſecundis Veſperis, quàm in dicto Tertio Noct. Sacerdos celebrans tenetur induere Pluviale, & pulſatur Organum. In 1. & 2. Veſp. & Miſſa.

Quolibet die Dominico regulariter pulſatur Organum in Miſſa Conventuali, etiam in Veſperis ad Capitulum; ſimiliter & in Sabbato: Exceptis Sabbatis, & Dominicis Adventus, & Septuageſimæ; & in Quadrageſima non pulſatur Organum, niſi in feſtis Sanctorum.

In omnibus Feſtis SS. Patronorũ, &

& Apoſtolor. & Evangeliſtarum, & B.M.V. in quibus cantat. III. Noct. pulſatur Organum in Matutin.

Similiter in Miſſis S. Januarii, quæ ſingulis menſibus celebrantur; nec non in omnibus Miſſis, & Veſper. tempore expoſitionis SS. SACRAMENTI, ordinariis, & extraordinariis, pulſatur Organum.

In omnibus Sabbatis per annum cantatur Te Deum.

Completa pulſatione campanarũ inchoabitur recitatio Horarum Canonicarũ, juxta ordinationes Chori.

Quando autem habenda erit Concio, liceat, cum aſſenſu Præfecti Chori dimidiæ horæ ſpatio prævenire.

Completorium cantatur in Quadrageſima hora 21. In reliquo anni tempore poſt Veſperas immediatè ſine cantu.

Miſſa verò cantatur in duplicibus, & ſemiduplicibus poſt Tertiam.

In ſimplicibus, & ferialibus, poſt Sextam.

In diebus Jejuniorum, & quando habenda erit Concio, poſt Nonam.

DIſtributiones autem, quas amittunt Domini Canonici, non inſervientes Choro in Eccleſia Majori, ſunt videlicet.

In Feſtis ad Matutinum cum laudibus in fine tertii Pſalmi, juxta Synod. Provincial. anni 1576. granos decem, ſic ad Miſſam poſt ultimum Kyrie, & ad Veſperas poſt ſecundũ Pſalmum; Ad Horas, & Completorium, poſt primum, granos duos pro qualibet hora.

In Ferialibus autem, amittunt medietatem. Abſentes verò à Civitate amittunt carolenum unum pro quolibet die, durante abſentia.

Diſtributiones verò, quas amittũt non intereſſentes ratione Chori Sãctæ Reſtitutæ, etiam notantur ſuis locis, & propriis diebus; Sed ex Conſuetudine, & antiqua obſervantia, ſingulis annis quilibet Canonicus non inſerviendo per quindecim dies continuos dicto Choro Sanctæ Reſtitutæ non punctatur, ſi notificaverit Cellarario Eccleſiæ, quod vult gaudere immunitate quindecim dierum.

Aſſi-

Aſſiſtentia autem Choro S. Reſtitutæ, debita ratione Feſtorum, præſtatur, & fuit translata à S. Pontif. in Choro Eccleſiæ Cathedralis.

## MENSE JANUARII

*Datur primum ſignum campanæ ad Matutinum.*

A primo, uſque ad diem 15. hora 15.

A die 15. uſque ad finem, hora 14. cum dimidia.

Ad Miſſam, immediatè poſt Officium.

Ad Veſperas hora 20. In Feſtis hora 20½.

1 In Feſto Circumciſionis Domini Omnes DD. Canonici tenentur intereſſe utriſque Veſperis, & Miſſæ. Ad reliqua tenentur illi de Hebdomada.

Cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum, tàm in dicto tertio Nocturno, quàm in Hymno, & ad Benedictus.

2 In Octava Sancti Stephani cantatur Te Deum laudamus.

5 In octava S. Ioannis Evangeliſtæ,& in octava Sanctorum Innocẽtium,ſimiliter cantatur Te Deum laudamus.

6 In Epiphania Domini. Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ cantatur tertium Nocturnum, & in eo pulſatur Organum. *Officium celebratur à D.Canonico.*

Per Octavam cantatur: Te Deum.

8 In feſto Sanctæ Mariæ de Principio; utriſque Veſperis,& Miſſæ,& cantatur Tertium Nocturnum. *Offic.Canonic.*

*In Baſilica* autem *SANCTÆ MARIÆ de Principio*,Omnes utriſque Veſperis,Matutino, cum laudibus,& Miſſæ,intereſſe debent,& abſens amittit; videlicet.

Pro primis Veſperis tarenum unum.

Pro Matutino tarenum unum.

Pro Miſſa tarenum unum.

Pro ſecundis Veſperis tarenum unum; Cantantur omnia. Et fit proceſſio cantando *Salve Regina*, poſt ſecundas Veſperas, à Choro S.Reſtitutæ ad Altare ejuſdem B. M. V. de Principio.

17 In

17 In Feſto Sancti Antonii Abbatis, cantatur Tertium Nocturnũ, & pulſatur Organum.

8 In Feſto Cathedræ Romanæ, Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum.

19 In Feſto Translationis Reliquiar. S. Thomæ de Aquino Patroni Neapolitani, cantatur Tertium Nocturnum.

20 In Feſto Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani Martyrum, cantatur *Te Deum*.

25 In Feſto Converſionis Sancti Pauli, Omnes Miſſæ tantùm. Cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum.

27 In Feſto S. Joannis Chryſoſtomi, cantatur Tertium Noctur.

## MENSE FEBRUARII.

*Datur primum ſignum ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15. hora 14.

A die 15. uſque ad finem, hora 13. cum dimidia.

Ad Miſſam immediatè poſt Horas. Canonicas.

Ad Veſperas. Hora 20. etiam in Feſtis.

Sed in Dominicis, & Feſtis Quadrageſ. hora 20 ÷

2 In Feſto Purificationis B. M. Virginis, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum.

3 In Feſto S. Blaſii Patr. cant. III. Noctur.

9 In Feſto S. Apolloniæ, cant. III. Noct. & pulſat. Organ. ad matutin.

22 In Feſto Cathedræ Sancti Petri Antiochiæ, cantatur *Te Deum*.

24 In Feſto Sancti Matthiæ Apoſtoli. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnū.

## MENSE MARTII.

*Datur ſignum ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15. hora 13.

A die 15. uſque ad finem, hora 12. cum dimidia.

Ad

Digitized by Google

Ad Miſſam, ſtatim poſt Officium.

Ad Veſperas, etiam in Feſtis, hora 20.

In Feſtis vero, & Dominicis Quadrageſimæ hora 20.½

7 In Feſto Sancti Thomæ Aquinatis Patroni, Omnes Miſſę tantum, cantatur Tertium Nocturnum.

12 In Feſto Sancti Gregorii Papę, cantatur Tertium Nocturnum.

✝ 19 In Feſto Sancti Ioſeph Confeſſoris Patr. cantatur Tertium Nocturnum.

20 In Feſto S. Ioachim Confeſs. cantatur *Te Deum*, pulſatur Organũ in Miſſa.

21 In Feſto Sancti Benedicti Abbatis, cantatur Tertium Nocturnũ, & pulſatur Organum in Matutin.

25 In Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Omnes, utriſque Veſperis, & Miſſæ, cantatur tertium Nocturnum.

## MENSE APRILIS.

*Ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15. hora 12.

A die 15.uſque ad finem, hora 11. cum dimidia.

Ad Miſſam ſtatim poſt officium.

Ad Veſperas hora 19.

In Feſtis autem hora 20.

2 In Feſto Sancti Franciſci de Paula Patroni Neapolit. cantatur Tertium Nocturnum.

11 In Feſto Sancti Leonis Papæ, cantatur Tertium Noct.

In tribus diebus Hebdomadæ majoris, feria quinta, ſexta, & Sabbato, Omnes Matutino cum laudibus, quod cantatur, & Miſſæ. *Offic. Canonic.*

*In templo Sanctæ Reſtitutæ*, feria ſexta Paraſcev. Omnes Miſſæ tantùm, & abſens amittit tarenum unũ.

In die Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Omnes utriſque Veſperis, Matutino cum laudibus, & Miſſæ. Cantatur Matutinum cum laudibus, & pulſatur Organum. Ad Matutinum autem omnes exeunt è Sacriſtia proceſſionaliter juxta ordines Chori. *Officium celebr. à D. Canonico.*

*In loco Capitulari Sanctæ Reſtitutæ*, poſt Miſſam ſolemnem in Eccleſia

Ma-

Majori recitatur *Pſalmus De profundis*;cum Antiphona,& Oratione pro Anima quondam Antonii Carrafæ Epiſcopi Sancti Marci , & abſens amittit ratam ducatorum quatuor.

Duobus ſequentibus diebus Omnes utriſq; Veſperis,& Miſſæ.Cantatur Matutinum,& pulſatur Organũ. *Offic.Canonic.*

Per totam octavam cantatur Te Deum laudamus , & pulſatur Organum in Miſſa .

Dominica in Albis. Omnes Miſſæ , & ſecundis Veſperis , cantatur Tertium Noctur. *Offic.Canonic.*

25 In Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ , Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Nocturnum.

29 In Feſto S. Petri Martyr.Patr. Neap.cant. III.Noctur n.

30 In Feſto Sancti Severi Epiſcopi Patroni Neap.Omnes Miſſæ tantum,cantatur Tertium Noctur.

## MENSE MAII.

### *Ad Matutinum* .

A primo uſque ad diem 15. hora 11.A die 15.uſque ad finem,hora 10.

cum

cum dimidia.

Ad Miſſam immediatè poſt Horas Canonicas. Sed in Feſtis, hora 13. uſque ad menſem Auguſti incluſive, etiam in iis Feſtis in quibus non conveniunt Omnes Canonici.

Ad Veſperas, hora 19 ÷. In Feſtis verò hora 20.

✠ 1 In Feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum.

2 In Feſto Translationis Sancti Athanaſii Epiſcopi, cantatur *Te Deum*.

✠ 3 In Feſto Inventionis Sanctæ Crucis, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum, pulſatur Organum in Matut.

✠ Dominica prima Maii, Feſtum Translationis Sancti Ianuarii præcipui Patroni Neapol. *Offic. Canonic.* Omnes primis Veſperis, & Miſſæ; cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum. Veſper. hodie pulſantur hora 20 ÷ ſicut etiam quotieſcunq; exponuntur in Altari Majori Caput S. Ianuarii, cum reliquis Petronis.

Per

Digitized by Google

Per totam Octavam Transl. S. Ianuarii cantatur *Te Deum*, & pulſatur Organum in Miſſa.

*Proceſſioni*, quæ fit in Sabbato præcedenti, omnes intereſſe tenentur, & abſens amittit *tarenos tres*.

6 In Feſto Sancti Ioannis ante portam Latinam, cantatur *Te Deum*.

8 In Feſto Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, cantatur Tertiũ Nocturnum, pulſatur Org.

9 In Feſto Sancti Gregorii Nazianzeni, cantatur *Te Deum*.

14 In Feſto S. Pomponii Epiſc. Neap. cantatur *Te Deum*, & pulſ. Organum in Miſſa.

17 In Feſto Sanctæ Reſtitutæ Virginis, Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum in Matutin.

*Sed in ejus Templo*, Omnes utriſque Veſperis, Matutino cum laudibus, & Miſſæ, cantantur omnia. *Offic. Canonic.*

Abſens amittit pro primis Veſperis, tarenum unum.

Pro Matutino cum laudibus, tarenum unum.

Pro

Pro Miſſa, tarenũm unũm.

Pro ſecundis Veſperis, tarenum unum.

23 In Feſto Sancti Euphebii Epiſcopi Neap. Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Noct.

25 In Feſto S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis V.P. cant. III. Noctur.

26 In Feſto Sancti Philippi Nerii Patroni Cleri Neap. cantatur Tertium Nocturnum.

In Feſto Aſcenſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ, cantatur Tertium Nocturnum, & in eo pulſatur Organum. *Offic. Canonic.*

Per totam Octavam cant. *Te Deum.*

## MENSE IVNII.

### *Ad Matutinum.*

A primo die uſque ad finem horâ 10. Ad Miſſam ſtatim poſt Officium, ſed in Feſtis hora 13.

Ad Veſperas hora 19. ÷ in Feſtis hora 20.

† In Dominica Pentecoſtes. Omnes utriſque Veſperis, Matutino cũ laudibus, & Miſſæ; Cantatur Matutinum

num cum laudibus , et *Veni Creator Spiritus* ad Tertiam, & pulſatur Organum. *Offic. Canonic.*

In duobus ſequentibus diebus Omnes utriſquc Veſperis , & Miſſæ, cãtatur Matutinum tantùm , & pulſatur Organum , & *Veni Creator Spiritus* ad Tertiam. *Offic. Canonic.*

Per totam octavam cantatur *Te Deum* , & *Veni Creator Spiritus* ad Tertiam, pulſ. Org. in Miſſa.

In Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis; cantatur Tertium Nocturnum. *Offic. Canonic. uſque ad Nonam.* pulſatur Organ. in matut.

In Feſto Corporis Chriſti. Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ; cantatur Tertium Nocturnum. *Offic. Canonic.* pulſatur Organ. in Matut. *Proceſſioni* Omnes intereſſe debent , & abſens amittit tarenos tres , & candelam libræ unius; & ſi nec interfuerit Anniverſario celebrando in Capella Sanctæ Suſannæ pro anima quondam Cardinalis Carbone , ſub die decima octava hujus menſis, amittit alios tarenos tres ,

Per

Per totam octavam, cantatur *Te Deum*.

In Dominica infra octava cant. III. Noct. pulſat. Organ. ad Matut.

11 In Feſto Sancti Barnabæ Apoſtoli, cantatur Tertium Nocturnum.

13 In Feſto S. Antonii de Padua, Patr. cant. III. Noct.

24 In Feſto Nativitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ Patr. Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ; *Offic. Canonic.* cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organ. in Matut.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, abſens amittit pro Miſſa tarenum medium; pro ſecundis Veſperis tarenum unum.

29 In Feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ, cantatur 3. Nocturnum. *Offic. Canonic.*

Per Octavam, cantatur *Te Deum*.

30 In commemoratione S. Pauli, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organ. in Matut.

MEN

## MENSE IULII.

*Ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15. hora 10. A die 15. uſque ad finem, hora 10. cum dimidia.

Ad Miſſam, ſtatim poſt officium. In feſtis, hora 13. etiam quando non conveniunt omnes; & eadem hora 13. in Dedic. Eccleſ. Cathedr.

Ad Veſperas hora 19½ in Feſtis hora 20.

2 In Feſto Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis, cantatur III. Noctur.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ* in Altari Sanctæ Mariæ de Principio, Omnes intereſſe tenentur Miſſæ de Viſitatione pro anima quondam Canonici Marſilii Merulæ, quando celebratur; pro qua dividuntur ducati decem, ideſt caroleni octo præcipui, celebranti Canonico Presbytero Præbendato; caroleni duo, Diacono, & Subdiacono aſſiſtentibus Miſſæ, reliqui Dominis Canonicis intereſſentibus: & abſens amittit ratam ipſorum.

7 Dedicatio Eccleſiæ Cathedral. Neap.

Neap. cant. III. Noctur.& pulſatur Organum ad Matutin.*Offic.Canonic.*

13 In Feſto Sancti Bonaventuræ, cantatur Tertium Nocturnum.

15 In Feſto Sancti Athanaſii Epiſcopi Neap. & Patr. Omnes, Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Noctur.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, Miſſæ tantùm, pro qua dividuntur ducati quatuor, & caroleni ſeptem, de quibus dantur caroleni octo Magiſtris ſcholæ, reliqui Dominis Canonicis intereſſentibus, & abſens amittit ratam ipſorum.

16 In Comm. B.M.V. de Monte Carmelo, pulſatur Organum in Miſſa.

22 In Feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cantatur Tertium Noctur.

25 In Feſto Sancti Iacobi Apoſtoli, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur III. Nocturnum.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis; & abſens amittit medium tarenum in Miſſa.

Pro ſecundis Veſperis, tarenum unum.

16 In Feſto Sanctæ Annæ Matris B.M.V. cantatur Tertium Nocturnum,& pulſat. Organum in Matut.

## MENSE AVGVSTI,

### *Ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15.hora 11.A die 15.uſque ad finem hora 11. cum dimidia. Ad Miſſam ſtatim poſt Officium.In Feſtis hora 13.

Ad Veſperas hora 19.÷ in Feſtis hora 20.

1 In Feſto Sancti Petri ad Vincula,cantatur Tertium Nocturnum, & pulſat.Organum in Matut.

3 In Feſto Sancti Aſpreni Epiſcopi P.Neapolit. Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Nocturnum.

4 In feſto S. Dominici Patr.Neap. Tertium Noctur.

5 In Feſto Sanctæ Mariæ ad Nives.Omnes,Miſſæ tantùm, quæ cantatur in ejus Altari in Eccleſia Majori; dividuntur manualiter ducati novem ex legato Comitis Brienzæ, & abſens amittit ratam ipſorum, cãtatur 3.Nocturnum.

In

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, Omnes, Miſſæ tantũ, ex legato Can. Oratii Palumbo, dividuntur duc. 12.2.10.

6 In Feſto Transfigurationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, cantat. III. Noctur, & pulſat. Organ. in Matut.

7 In feſto S. Cajetani Patr. cant. 3. Noctur.

10 In Feſto Sancti Laurentii Martyris. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnũ, & pulſ. Org. in Matut.

Per totam octavam, cantatur *Te Deum*.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, abſens, pro Miſſa amittit medium tarenum, pro ſecundis Veſperis, tarenum unũ.

11 In Feſto Sanctæ Suſannæ, *in Cappella Carbonum* in Eccleſia Majori tenentur omnes: Pro primis Veſperis abſens amittit tarenum medium. Pro Matutino tarenum unum; Pro Miſſa tarenum unum; dantur præcipuè caroleni novem D. Canonico Presbytero Præbendato celebranti, ex Legato Cardinalis Carbone. *Offic. Canonic.*

12 In Feſto S. Claræ V. P. 3. Noct.

15 In

Digitized by Google

15 In Feſto Aſſumptionis B.M.V. Omnes utriſque Veſperis, Matutino cum laudibus, & Miſſæ, cantatur Matutinum cum laudibus, & pulſatur Organum. *Offic. Canonic.*

Per totam octavam, cantatur *Te Deum*.

In Dominica infra Octavam pulſatur Organum in Matut. & per totam Octavam pulſatur Organum in Miſſa tantum.

25 In Feſto Sancti Bartholomæi Apoſtoli, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis; cantatur Tertium Nocturnum.

26 In Feſto Sanctæ Patritiæ Patronæ Neap. cantatur tertium Nocturnum.

28 In Feſto Sancti Auguſtini Epiſcopi, cantatur Tertium Nocturnũ, & pulſatur Organum in Miſſa tantum.

29 In Feſto Decollationis Sancti Joannis Baptiſtæ Patr. cantatur Tertium Nocturnum, et pulſatur Organum in Matut.

MEN-

# MENSE SEPTEMBRIS.

*Ad Matutinum.*

A primo uſque ad diem 15. hora 12. A die 15. uſque ad finem hora 12. cum dimidia. Ad Miſſam immediatè poſt Officium. In Feſtis etiam.

Ad Veſperas hora 19 ½. In Feſtis hora 20. Sed per totam Octav. S. Ianuarii hora 20 ½.

4 In Feſto Sanctæ Candidæ Neapolitanæ, cantatur Tertium Nocturnum, pulſ. Organ. in Miſſa.

8 In Feſto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum.

Per octavam, cantatur *Te Deum laudamus*.

14 In Feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum in Matutin.

✠ 19 In Feſto Sancti Ianuarii Epiſcopi Patroni Neap. Omnes utriſque Veſperis, Matutino cum laudibus, & Miſſæ, cantat. Matut. cum laudibus, & pulſatur Organum, *Offic. Canonic.*

Per

Per octavam, cantatur *Te Deum*.

In Dominica infra Octav. pulſatur Organum in Matutin.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, pro Miſſa dividuntur ducati duo, & abſens amittit ratam ipſorum; ſimiliter in ſecundis Veſperis, alii ducati duo.

21 In Feſto Sancti Matthæi Apoſtoli, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur tertium Nocturnum

26 In Feſto Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, Patr. Neap. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis cantatur tertium Nocturnum, & pulſat. Organ. in matut.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, Abſens pro Miſſa amittit tarenum medium, pro ſecundis Veſperis tarenum unum.

30 In Feſto Sancti Hieronymi Confeſſoris, cantatur tertium Nocturnum.

## MENSE OCTOBRIS.
### Ad Matutinum.

A primo uſque ad diem 15. hora

A die 15. uſque ad finem hora 13. cum dimidia. Ad Miſſam immediatè poſt officium, etiam in Feſtis.

Ad Veſperas hora 19. ÷ in Feſtis hora 20.

1 In Feſto S. Gregor. Armen. Ep. Mart. Patr. Cant. tertium Noctur.

2 In Feſto Sanctorum Angelorũ Cuſtodum, cantatur tertium Nocturnum, pulſat. Organ. in Matutin.

4 In Feſto Sancti Franciſci Cõfeſſoris P. cantatur tertiũ Nocturnum.

10 In Feſto S. Franciſci Borgiæ Conf. P. cant. tertium Noct.

14 In Feſto Sanctæ Fortunatæ, cantatur *Te Deum*, & pulſat. Organ. in Miſſa.

15 In Feſto S. Thereſiæ V. P. cantatur tertium Noct.

18 In Feſto Sancti Lucæ Evangeliſtæ, Omnes Miſſæ tantum, cantatur Tertium Nocturnum.

In Vigilia SS. Apoſtolor. Simonis, & Iudæ. Omnes tenentur intereſſe Miſſæ de Spirituu Sancto *in Choro S. Reſtitutæ* pro electione Cellarariorũ, & Officialium Capituli, & abens amittit tarenum unum.

28 In

28 In Feſto Sanctoru m Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum.

30 In Feſto S. Maximi M. cant. Tertium Noct. & pulſ. Org. in Miſs.

## MENSE NOVEMBRIS.
### Ad Matutinum.

A primo uſque ad diem 15. hora 14. A die 15. uſque ad finem hora 14. cum dimidia.

Ad Miſſam immediatè poſt horas Canonicas, ita, & in Feſtis.

Ad Veſp. hor. 20. ſic & in Feſtis.

1 In Feſto Omnium Sanctorum, Omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ; cantatur Tertium Nocturnum, & in eo pulſatur Arganum. *Offic. Canonic.*

Per octavam, cantatur *Te Deum laudamus*.

2 In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Omnes Veſperis, Matutino cum laudibus, & Miſſæ, cantatur Matutinum.

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ* abſens amittit pro Veſperis tarenum unũ,

pro Matutino cum laudibus tarenum unum, pro Miſſa tarenum unũ.

3 Hac die Omnes ex convenientia intereſſe debent Miſſæ ſolemnii, quæ celebratur pro omnibus Archiepiſcopis defunctis.

4 In Feſto S. Caroli pulſ. Organ. in Miſſa tantum.

9 In Feſto Sancti Agrippini Epiſcopi Neap. P. Omnes Miſſæ tantũ, cantatur Tertium Nocturnum.

10 In Feſto Beati Andreæ Ave ll. Patroni Neap. cantatur Tertium Nocturnum.

11 In Feſto Sancti Martini Epiſcopi, cantatur Tertium Nocturnum.

13 In Feſto Baſilicæ Salvatoris, cantatur *Te Deum*.

18 In Feſto Dedicationis Baſilicæ Apoſtolorum, cantatur *Te Deum*.

21 In Feſto Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis, cantatur Tertium Nocturnum.

22 In Feſto S. Cæciliæ V. M. pulſatur Organ. in Miſs.

25 In Feſto Sanctæ Catharinæ Virginis, cantatur Tertium Nocturnum.



Digitized by Google

28 In Feſto Beati Iacobi de Marca Patroni Neap. cantatur Tertium Nocturnum.

✠ 30 In Feſto Sancti Andreę Apoſtoli. Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnum.

## MENSE DECEMBRIS;
### Ad Matutinum.

A primo die uſque ad finem hora 15.

Ad Miſſam, immediatè poſt Officium etiam in Feſtis.

Ad Veſperas hora 20. in Feſtis, hora 20. $\frac{1}{2}$

3 In Feſto Sācti Franciſci Xaverii Patroni Neap. cantatur Tertium Nocturnum.

4 In Feſto S. Barbaræ V. M. pulſatur Organ. in Miſſa.

6 In Feſto S. Nicolai E. P. cant. Tertium Nocturnum.

7 In Feſto Sancti Ambroſii Epiſcopi, cantatur Tertium Nocturnum.

A 8 In Feſto Conceptionis Beatæ

Mariæ Virginis, cantatur Tertium Nocturnum.

13 In Feſto Sanctæ Luciæ cantatur Tertium Nocturnum, & pulſ. Organ. in Matutin.

14 In Feſto S. Agnelli Patroni Neap. Omnes Miſſæ tantùm, cantatur Tertium Nocturnum. *Offic. Canon.*

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ* abſens pro Miſſa amittit medium tarenum, prò ſecundis Veſperis tarenum unũ.

16 Proceſſio cum Reliquiis Sancti Ianuarii, ab memoriam ſervatæ Civitatis ab incendio Veſuvii, & abſens amittit tarenum unum.

✝ 21 In Feſto Sancti Thomæ Apoſtoli, Omnes Miſſæ, & ſecundis Veſperis, cantatur Tertium Nocturnũ.

25 In Feſto Nativitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Omnes utriſque Veſperis, Matutino cum laudibus, & tribus Miſſis, cantatur Matutinũ, & in eo pulſatur Organum. *Offic. Canonic.*

*In Templo Sanctæ Reſtitutæ*, abſens amittit, ſcilicet.

Pro primis Veſperis tarenum unum.

Pro

Pro Matutino cum laudibus tarenum unum.

Pro Miſſa Auroræ in Capella Minutulorum tarenum unum, ex legato Cardinalis Henrici Minutuli, pro qua dantur celebranti præcipui caroleni novem Canonico Presbytero præbendato.

In dicta Capella nocte prædicta debent accendi in Altari quatuor candelæ libræ unius, & ante januam ipſius aliæ duæ majores, quouſque conſumentur.

Duobus ſequẽtibus diebus, omnes utriſque Veſperis, & Miſſæ, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organum. *Offic. Canonic.*

28 In Feſto Sanctorum Innocentium, cantatur Tertium Nocturnum.

Per totam Octavam Nativitatis, cantatur *Te Deum*, & pulſatur Organum in Miſſa.

Dominica infra Octavam Nativitatis cant. Tertium Nocturnum, & pulſatur Organ. ad Matutinum.

31 In Feſto Sancti Sylveſtri, cantatur Tertium Nocturnum, & pulſatur Organ. in Matutin.

*Modus dividendi munus, quod præſtant Adm. Rever. Moniales Monaſt. S. Claræ Neap. in die præcedenti ſolemnitatis Sanctiſſimi Sacramenti.*

DIviditur in quadraginta partibus, ideſt 30. Dominis Canonicis, cuilibet una.

Duæ aliæ Cellarario Marſupii.

Et aliæ duæ Cellarario Eccleſiæ.

Duæ aliæ duobus primis Canonicis utriuſque Chori.

Alia Theſaurario.

Duæ aliæ Hebdomad. Magiſt. Scholæ, cuilibet una.

Et alia Magiſt. Cœremon.

*Modus obſervandus ſingulis Annis pro voce Vini Græci, juxta facultatem Almi Capituli.*

IN primis, quolibet Anno in primo Capitulo poſt electionem Cellararii, deputabuntur duo ex ultimis Canonicis accedendi cauſa ad Erculanum, ſeu Turrim octavam, & ſuos

ſuos pagos, & ad terram Summæ propè Veſuvium, & ſuos pagos pro capienda informatione venditionis, & emptionis Vini Græci, juxta vocem dandam.

Deputatis prædictis Dominis Canonicis, Cellararius Marſupii cuilibet ipſorum dabit ducatos duos pro impenſis Quadrigarum in acceſſu, & receſſu, qui debent accedere ad loca prædicta, per totum 15. diem menſis Decembris illius anni cum Scriba, & Curſoribus Curiæ Archiepiſcop. Neapol. Et unus ibit ad Erculanum, & ſuos pagos, & alter ad Terram Summæ, & ſimiliter ad ſuos pagos, & ibi ipſo præſente capere faciat informationem, examinando cum juramento omnes, qui emerunt, & vendiderunt Vinum Græcum, diſtinguendo numerum ſacrinarum, & pretium cujuslibet ipſarum clarè, diſtinctè, & ſpecificè omnia à Scriba notanda.

Antequam accedant ad loca prædicta, in die præcedenti quilibet ipſorum debet mittere Curſorem cum tintinnabulo publicando per omnia

loca ſupradicta, quod die ſequenti veniet Dominus Canonicus Commiſſarius pro capienda informatione vocis vini Græci, ita ut omnes inveniantur in locis prædictis, & ejus acceſſus erit in die feſtivo.

Informatio capienda eſt ſeparatim illa Erculani, ab illa pagorum ſuorum, & ſic illa Terræ Summæ ab illa ſuorum pagorum.

Capta informatione fiet calculus omnium ſacrinarum venditarum, & emptarum, tàm in dicto Erculano, & ſuis pagis, quàm in dicta Terra Summæ, & ſuis pagis ſeparatim, & pretium ipſarum in unum redactum dividatur ſacrinis prædictis reſpectivè, ideſt diviſum illud pretium pro ſacrinis Erculani ab illis pagorum ſuorum, & ſic illud pro ſacrinis Terræ Summæ ab illis pagorum ipſius, & facto calculo, videbitur, in quod pretium aſcendit ſingula ſacrina.

Facto calculo prædicto, quàm primum debet convocari Capitulum per Cellararium, & in eo per dictos Dominos Commiſſarios cum interventu Reverendiſs. D. Vicarii Gene-

ralis

ralis Neap. fieri relatio de omnibus.

Audita relatione, modo ut ſupra, illa vox ſtatuitur, quæ concluſa fuit Canonicorum in Capitulo exiſtentium; diverſa enim erit vox Erculani à ſuis pagis, & diverſa ſimiliter illa Terræ Summæ à ſuis pagis.

Stabilita itaque voce prædicta, intelligitur ſtabilita pro illis, qui dederunt nummos ad vocem, nam pro illis, qui dederunt pannos, vel aliud intelligitur ſtabilita uno tareno amplius pro qualibet ſacrina. At verò pro Vino Græco ex iſta parte fluminis, intelligitur vox poſita tareno uno minus pro qualibet ſacrina.

Deniq; de omnibus fieri debet decretum à Scriba, qui cepit informationem reſpectivè, quilibet de ſuis locis, firmato à prædicto Domino Generali Vicario; & originale debet conſervari ab Actuario, dandi cauſa fidem, quando neceſſe erit. Verum Dominus Canonicus Secretarius Capituli tenetur decretum regiſtrare in libro Capituli: Exempli gratia,



Digitized by Google

Si ſunt centum ſacrinæ venditæ, ſeu emptæ, aliquæ ad rationem carol. 30. aliquæ ad rationem 31. aliquæ ad rationem 32. & aliquæ 32. cum dimidio, calculatæ ſummæ prędictæ faciũt ſummam duc. 313.3.15. qui diviſi prædictis ſacrinis centum, veniunt pro qualibet ſacrinà duc. 3.0.14.

Et ita fient diviſim, & ſeparatim ſacrinæ Erculani à ſuis pagis, & ſacrinæ Terræ Summæ ſimiliter à ſui pagis.

*Occaſione huius recollectionis, & praxis, non alienum cenſui hic breviter recenſere aliqua ex privilegiis conceſſis almo Capitulo, & Canonicis Neap.*

1

PRimo ex motu proprio Pii Papæ V. cujus originale extat in Archivio, & copia in libro Viſitationis Anni 1582. fol. 410. eſt conceſſum.

Quod Canonici poſſint uti Rocchettis, & cappis coloris violacei, & purpurei, tam in ſervitiis Eccleſiæ, quàm

quàm in proceſſionibus, & congregationibus publicis, locis, & temporibus opportunis, & ſe conformare habitui, & veſtibus Prothonotariorum Apoſtolicorum in Capella Papali exiſtentium, & quantum ad dictas cappas, & Rocchettos prius fuerat conceſſum à Paulo Papa III.

Item poſſe uti Baculo paſtorali, & Mitra ſupra capitib. & aliis indumentis, & ornamentis ad inſtar Abbatum habentium uſum mitræ, & baculi, non ſolùm in Veſperis, Miſſis, & aliis ſolemniis, locis, & temporibus opportunis; Archiepiſcopo Neap. tamen aſſiſtente, aut Pontificalia exercente, vel eodem celebrante, ſed etiam in hoc habitu proceſſionaliter omnibus conjunctis illi intereſſentibus, una cum eodem Archiepiſc. ac liceat eiſdem ita celebrare in Cathedrali tantum, & in eorum Eccleſia, & comparere, & alia Divina exercere; præter tamen eos, qui annum 30. non attigerint.

Item poſſe populum, corporalia, & alia indumenta, & ornamenta Eccleſiaſtica benedicere, præter calices,

lices,& patenas,de Ordinarii tamen conſenſu.

Et quod in ſuis armis,& inſignibus, mitram,& baculum geſtare,& addere poſſint, prout Abbates, & eis in omnibus ſe conformare;& quantum ad Mitras prius conceſſum fuerat ab Innocentio IV. Summo Pontifice, ut teſtatur Coſtus in vita Innocentii.

Alia privilegia conceſſa Capitulo, & Canonicis ab infraſcriptis Sūmis Pontificibus, ut patet in libro Viſitationis anni 1582. fol. 3.& fol. 30. ideſt.

A Bonif. Pap. IX. Kal. Martii anni 1403.

A Paulo III. kalend. Iunii 1544. confirmando motum Bonif. IX.

Et primo quod Eccleſia S. Reſtitutæ ſit exempta, ac etiam ejus Capellæ ab Ordinario, ſed poſt Concil. Trident. viſitatur ab Archiepiſcopo, uti delegato Sedis Apoſtolicæ.

Secundo, quod Cadavera morientium in Civitate, & Diœceſi Neap. ſine electione ſepulturæ, debent ſepeliri in Eccleſia S.Reſtitutæ, & eo-

rum

rum exequiæ ſpectent ad Capitulũ, & Papa teſtatur de antiqua conſuetudine, ſibi nota in minorib.

Imo per Franciſcum de Argereiis Vicarium Generalem Neap. per ſententiam ſub die 10. Novemb. anni 1414. fuit declarata Bulla Bonif. IX. quod intelligantur ſpectare ad Capitulum Cadavera ſupradicta, etiam pro illis, qui habent ſepulturam parentum.

Verum poſtea Anno 1609. per decretum Sac. Congregat. Eminentiſs. DD. Cardinalium fuit declaratum, quod non intelligatur de illis, qui habent ſepulturam propriam; Nec item de uxore, poſtquam objerit, non electa ſepultura quæ juxta juris diſpoſitionem, eodem cum viro eſt recondenda ſepulchro. Et quod pro exequiis, & funeralibus prædictorum morientium ſine electione ſepulturæ Capit. valeat exigere taxam factam per Cur. Archiep. Neap. hæc autem taxa fuit diverſimodè obſervata. Verum in cauſa Cap. cum Salvio Mazzarelli fuit taxata in duc. 18. 1. 15. ut per decre-

tum

rum Cur. Archiep. & pro electione facta ſtetur dicto proprii Parochi cum juramento, vel duorum teſtium ſimiliter cum juramento, ut eſt videre ex quadam copia, quæ conſervatur in Archivio Capituli Neapolitani. Parochi autem, Oeconomi, vel Cellararii contravenientes, vel ſepelientes dicta Cadavera abſque licentia dicti Reverendiſſimi Capituli, ſuſpenſionem ipſo facto incurrunt, ex decreto Eminentiſs. Card. Philamarini ſub die 1. Decembris 1646. quod ſi dubitetur de electione, adeant Dominum Vicarium Generalem, pro tempore, audito Reverendiſſimo Capitulo, ex eodem decreto.

Tertiò obtinent privilegium conferendi Capellanias in Capellis dictæ Eccleſiæ S. Reſtitutæ, de quo ſemper Capitulum, & Canonici fuerunt in poſſeſſione pacifica, non ſolùm per Bullas præſentatas in d. lib. Viſitat. anno 1582. ſed etiam ex collationibus noviter factis, in menſibus, tamen non reſervatis.

Quartò obtinet Capitulum, & Ca-

nonici

nonici privilegium conferendi Canonicatus hujus Eccleſiæ Metropolitanæ ſimplices tantum, unà cum Archiepiſcopo in menſibus à Summis Pontificibus conceſſis cum continua poſſeſſione pacifica per nonnullas Bullas in d. lib. Viſitat. anni 1582. notatas, ſubſcriptas manu, tam Eminētiſs. Archiepiſcopi, quàm Cellarariorum ipſius Capituli, & præſertim in Anno 1629. in collatione facta per Capitulum D. Hortenſio Scarſella Canonicatus Presbyteralis ſimplicis per obitum quōdam D. Camilli Stellavati.

Super confirmatione hujus Privilegii extant literæ Sacræ Congregat. Eminentiſs. DD. Cardinalium ſuper Epiſcopos, & Regulares ſub die 5. Auguſti anni 1575. in quibus reſcribitur Domino Archiepiſcopo Neap. ut obſervet Privilegium prædictum conferēdi Canonicatus ſimplices una cum Capitulo, ut notantur literæ prædictæ de verbo ad verbum in dicto libro Viſitationis anno 1582. fol. 408.



Digitized by Google

Placet hic referre decretum S. C. Rituum, declarantem licere Canonicis Neap. ingredi in Eccleſias Regularium, & præcipuè, Benedictinorum, Cœleſtinorum, & Montis Oliveti cum Cruce, aſſociando Cadavera ad ſepulturas, juxta eorum petitionem. Verba decreti ſunt videlicet

*Neapolitana.*

SAcra Rituum Congregatio reſpondit licere Capitulo, & Canonicis in caſu propoſito cum propria Cruce ingredi in Eccleſias Regularium; Nec poſse Aratores à prædictis Regularibus impediri. Et ita omninò ſervari mandavit; quibuſcumque non obſtantibus, die 26. Ianuarii 1641.

C. Epiſcop. Oſtienſ. Card. Pius
Loc. Sig. *Iulius Cincius Sec.*

Non alienum etiam duxi hic ad calcem reſcribere decretum Eminentiſs. Domini Cardinalis Philamarini, taxantis ratam franchitiarum cuilibet Canonico ſpectantem, in contradictorio cum Clero Neapolitano, ut ſequitur.

Horatius

Horatius Maltacea V. I. D. Canonicus Neapolitanus, Prothonotarius Apoſtolicus; Eminentiſs. & Reverendiſs. Domini D. Aſcanii Tituli Sanctæ Mariæ in Araceli S. R. E. Presbyteri Cardinalis Philamarini, Archiepiſcopi Neapolitani in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius locumtenens, & Officialis generalis.

In cauſa vertẽte in Curia Archiepiſcopali Neapolitana inter Clerum ſecularem Neapolitanum, & Capitulum Neapolitanum de, & ſuper, prout in actis.

VIſo memoriali porrecto Eminentiſs. Domino pro parte Capituli Neapolitani Nobis delegato; Viſis actis deſuper factis, ac decreto, aliàs interpoſito in Congregatione habita coram Eminentiſs. Domino ſub die 10. Octobris 1657. & alio decreto ſimiliter coram Eminentiſſimo, habito ſub die 15. Octobris ejuſdem anni, per quæ fuit proviſum, quod de pecuniis, tunc temporis in banco exiſtentibus, pro reſiduo franchitiarum dicti Capituli,

&

& Cleri, ſolverentur, & liberarentur dicto Capitulo ducati nonaginta in ſupplementum franchitiarum, pro rata proportionabiliter; pro quorum decretorum exequutione, fuit facta diſtributio ad beneficium dicti Capituli ad rationem ducatorum decem pro quolibet Canonico; & ad beneficium Cleri ad rationem carolenorum viginti pro Sacerdotibus, & quindecim pro Clericis: fuit etiam de Ordine Eminentiſſimi Domini, proviſum, & decretum, quod diſtributio dictarum franchitiarum in præſenti, & in futurum facienda in omni caſu augmenti, ſive diminutionis, fiet, & fieri debeat pro rata proportionabiliter ad ſummam prædictam. Datum ex Palatio Arch. Neap. die 9. menſis Julii 1659.

Horatius Maltacea Vic. Gen. de Ordine Eminentiſs. Domini.

*Vincentius Ajeta Act. Mag. pro Cur.*

Denique per Illuſtriſſimum Nuntium Apoſtolicum ſub Anno 1644. emanatum fuit ad petitionem Capituli, & Cleri Neapolitani ſequens decretum ſuper ſpoliis Clericorum.

Die

*Die 22. Menſis Octobris 1644. Neap. in Palatio Apoſtolico inſtante Capitulo & Clero Neapolitanæ Civitatis, & petente, &c.*

ILluſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Laurentius Tramallus Epiſcopus Hyeracenſis Nuntius Apoſtolicus. *Viſo* memoriali porrecto pro parte Capituli, & Cleri Neapolitani, mandat, prout mandatur, quod Commiſſarii, vel Subcollectores Apoſtolici quando accedũt, prout accedere poſſunt, & debent ad domos, ſeu habitationes Clericorum defunctorum pro faciendis diligentiis pro ſervitio Rev. Cam. Apoſtolicæ ſuper negotiis ad dictam R.C.Apoſt. ſpectantibus ſuper bonis dictorum Clericorum defunctorum, minimè ab eorum hæredibus quovis colore, vel ingenio impediri poſſe, quo minus officium ſuũ liberè exerceant, nec vice verſa poſſe, dictos Cõmiſſarios ſub pœna privationis officii, aliiſque arbitrio dicti Illuſtriſſimi Domini reſervatis, moleſtare dictos hæredes, nec ab eis accipere

dietas,

Digitized by Google

& Cleri, ſolverentur, & liberarentur dicto Capitulo ducati nonaginta in ſupplementum franchitiarum, pro rata proportionabiliter; pro quorum decretorum exequutione, fuit facta diſtributio ad beneficium dicti Capituli ad rationem ducatorum decem pro quolibet Canonico; & ad beneficium Cleri ad rationem carolenorum viginti pro Sacerdotibus, & quindecim pro Clericis: fuit etiam de Ordine Eminentiſſimi Domini, proviſum, & decretum, quod diſtributio dictarum franchitiarum in præſenti, & in futurum facienda in omni caſu augmenti, ſive diminutionis, fiet, & fieri debeat pro rata proportionabiliter ad ſummam prædictam. Datum ex Palatio Arch. Neap. die 9. menſis Julii 1659.

Horatius Maltacea Vic. Gen. de Ordine Eminentiſs. Domini.

*Vincentius Ajeta Act. Mag. pro Cur.*

Denique per Illuſtriſſimum Nuntium Apoſtolicum ſub Anno 1644. emanatum fuit ad petitionem Capituli, & Cleri Neapolitani ſequens decretum ſuper ſpoliis Clericorum.

Die

*Die 22. Menſis Octobris 1644. Neap. in Palatio Apoſtolico inſtante Capitulo & Clero Neapolitanæ Civitatis, & petente, &c.*

ILluſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Laurentius Tramallus Epiſcopus Hyeracenſis Nuntius Apoſtolicus. Viſo memoriali porrecto pro parte Capituli, & Cleri Neapolitani, mandat, prout mandatur, quod Commiſſarii, vel Subcollectores Apoſtolici quando accedũt, prout accedere poſſunt, & debent ad domos, ſeù habitationes Clericorum defunctorum pro faciendis diligentiis pro ſervitio Rev. Cam. Apoſtolicæ ſuper negotiis ad dictam R.C.Apoſt. ſpectantibus ſuper bonis dictorum Clericorum defunctorum, minimè ab eorum hæredibus quovis colore, vel ingenio impediri poſſe, quo minus officium ſuũ liberè exerceant, nec vice verſa poſſe, dictos Cõmiſſarios ſub pœna privationis officii, aliiſque arbitrio dicti Illuſtriſſimi Domini reſervatis, moleſtare dictos hæredes, nec ab eis accipere

dietas,

dietas, neque acceſſus, etiam à spontè dantibus, niſi poſt quam declaratum fuerit in Trib. Nuntiaturæ, bona ſequeſtrata, vel eorum partem ad dictā Cameram ſpectare, vel ſuper eis tranſactum fuerit; Quod ſi è dictis domibus auferendæ erunt ſcripturæ, teneri de eis conficere inventarium, & de eis fidem relinquere dictis hæredibus, & infra unum diem ſcripturas ipſas in Secretaria, vel Cancellaria Apoſt. conſignare ſub prædictis pœnis in caſu inobedientiæ incurrēdis, & ita, &c. omni, &c. & intimetur, &c.

Laurentius Epiſcopus Hyeracenſis Nuntius Apoſt.

*Pro D. Noris Act. Mag.*
*A. Guglielmus.*

Th

Digitized by Google

*In Cathedrali Neapolitana Cæremoniæ conformantur cum cæremoniis Capellæ Summi Pontificis.*

PArticula Decreti quoad aſſiſtentiam Canonicorum, Diaconorũ, & Subdiaconorum, Canonicis Presbyteris celebrantibus, licet per Breve SS. Domini Pii fel. record. PP. V. una cum impoſitione novi ſervitii, ut ſupra regiſtratum, fuerit innovata, nũquam fuit uſu recepta; ex eo quia in Cæremoniis præſcripti Domini Canonici in omnibus conformantur cũ Cæremoniis Capellæ Summi Pontificis, & ſupraſcriptus SS. Dominus Papa de prædictis poſtea informatus acquievit.

*Extracta eſt præſens Copia à Viſitatione Eccleſiæ Sanctæ Reſtitutæ, & Canonicorum majoris Eccleſiæ Neapolitanæ, de anno 1582. facta per fel. record. Annibalem de Capua Archiepiſcopũ Neapolitanum, exiſtente in Archivio Curiæ Archiep. Neap. ut ex fol. 444. à terg.*

Ant. Bottonus A. M. per C.

Placet.

*Decretum Theſaurarii Generalis.*

HIeronymus Caſtaldus Prothonotarius Apoſtolicus vigore Signaturæ SS. Domini Noſtri Papæ Referendarius, eiuſdem SS. & Reverendiſs. Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abb. Prioribus, Presbyteris, Decanis, Diaconis, Subdiaconis, Scholaſticis, Clericis, Notariis, Curſ. & Tabellionibus publicis quibuſcumq; cæteriſq; omnibus aliis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, & in Civitate Neapolis, ac juriſdictione Nuntiaturæ Apoſtolicæ eiuſdem Civitatis exiſtentibus eiuſdemq; Nuntiaturæ pecuniarum Depoſitario; & Miniſtris, illiq; vel illis, ac cui, ſeu quibus hoc præſens mandatum exhibitum, & præſentatum fuerit, ſalutem in Domino, & mandatorum noſtrorum obedientiam. Noveritis quoniam D. Gulielmus Serena, Depoſitarius Nuntiaturæ Apoſtolicæ Neapolis non curavit, nec curat parere noſtro mandato ad reſtituendũ ducatos 64. & ſol. 18. monetæ alias, & ſub diebũs 12. & 20. Auguſti 1669. Anteceſſorum noſtrorum vigore ſẽten-

ſentiæ obtentæ per Reverendiſſimũ Capitulum, & Canonicos ejuſdem Civitatis Neapolis, contra Dominũ Promotorem Fiſcalem Nuntiaturæ Apoſtolicæ dictæ Civitatis, occaſione incamerationis emolumentorum provenientium ex diſtributionibus quotidianis inexactis relictis à quondam Thoma d'Aponte relaxatis, & ipſi D. Gulielmo, ſub die 20. Septẽbris eiuſdem anni præſentatis, propterea pro parte, & ad inſtãtiam prędicti Reverendiſs. Capituli, & Canonicorum Neap. requiſito, citato prius eodem D. Gulielmo in prædictis, & poſteà in contumaciam hic in Curia per contradictas, ut moris eſt, nec nõ etiam D. Joanne Franciſco Tertio eius aſſerto Procuratore, ut in actis præſens mandatum de reſtituendo rigoroſum contra eorumdem, decernendum, & relaxandum fore, & eſſe duximus, pro ut decernimus, & relaxamus, & exequi mandamus per pręſentes; Quocirca authoritate noſtri Theſaurariatus officii, & qua in hac parte fungimur, vobis omnibus, & ſingulis ſupra dictis, & cuilibet ve-

ſtrum inſolidum tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis,& receptis præſentibus, ac præſentium vigore requiſiti, ex parte noſtra,imò verius Apoſtolica authoritate ſupradictum D. Gulielmum Serenam Depoſitarium præſcriptum ad reſtituendum, tradendum, & conſignandum ſupradictis Reverẽdiſs.Capitulo,& CanonicisNcap.ſive eorũ legitimo procuratori ſupradictos ducatos 64.& ſol.18. monetæ unà cum aliis juliis viginti quatuor pro expenſis præſentis mãdati,& alterius gratioſi, ut ſupra relaxatis per eius corporis, & perſonæ captionem, carcerationem,detentionem,arreſtationem, & quemvis aliũ modum canonicum vobis magis viſum uſque ad integram dictæ ſummæ, & expenſarum ſolutionem, & reſtitutionem cogatis, & compellatis,cogiq;& compelli faciatis pariter &c.in quorum fidem,&c.datum Romæ exÆdibus noſtris die14.Ianuarii 1670.Sede Apoſtolica vacãte;Hieronymus CaſtaldoThefaurarius Generalis. Pro D. Melchior Rennuccio

Matthæus

Matthæus de Angelis. mandatum de reſtituendo rigoroſum. loco ✠ ſigilli. regiſtratum in libro ſecundo diverſorum In *fol.* 104. Fo fede Io Notar Pietro Capaſſo di Napoli, come il Signor Canonico Franceſco Andrea di Mauro è Procuratore, e Cellarario del Reverẽdiſs. Capitolo di Nap. ad eſiggere anco per mezzo de Banchi la ſudetta ſomma, con poteſtà di quietare mediante procura, per mano mia, & in fede hò ſignato in Napoli 27. Gennaro 1670. Loco Signi.

Si ſono ricevuti da Me ſottoſcritto Canonico Franceſco Andrea di Mauro Cellarario, e Procuratore del Reverẽdiſs. Capitolo di Napoli doc. 60. tt. tre, e grana 10. dal Sig. Giovãni Guiglielmo Serena Depoſitario della Rev. Camera Apoſtolica, con poliſa ſua notata in fede, per lo Banco dello SpiritoSanto in dorſo alla Copia autentica del preſente Mandato rigoroſo ſpedito da Monſignor Teſoriero, per la Cauſa apparente in detto Mandato. Napoli 27. Gennaro 1670. Il Canonico FranceſcoAndrea



Digitized by Google

di Mauro Cellarario Procuratore.]

*Extracta eſt præſens Copia à ſuo proprio originali cum quo facta collatione concordat meliori ſemper ſalva, & in fidẽ. Ego Carolus Contugius publicus, & Apoſtolica auctoritate Notarius ſignavi requiſitus, &c. Mihi exhibito, & exhibenti reſtituto app. per dictum Contugium.*

Nos Joannes Mutus de Pappazzuriis Signaturæ referendarius SS. Domini Noſtri Prælatus domeſticus, in præſenti Regno Neap. Nuntius Apoſtolicus, & Collector Generalis. Univerſis, & ſingulis, &c. Notũ facimus, & teſtamur ſupra dictum Carolum Contugium eſſe Notarium publicum Apoſtolicum, Legalem, & fide dignum, ac talem, qualem ſe facit, ſcripturis ſuis, tam publicis, quã privatis in judicio, & extra sẽper adhibitã fuiſſe, & de præſenti indubiã adhiberi fidem, in quorum fidem. Datum Neapoli ex Palatio Appoſtolicæ Nuntiaturæ, hac die 22. menſis Junii 1684.

*D. Vincentius de Rocca, Act. Magiſter, &c.* Adeſt Sigillum. *Danſellus.*

*Tenor*

*Tenor, & Exemplum Juramenti, quod ab Eminentiſs. Archiep. Neap. pro tempore præſtatur in actu poſſeſſionis.*

FIt fides per infraſcriptum, qualiter ſub die duodecima menſis Martii Anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptimi Illuſtr. & Rever. D. Paulus Suardus Archiepiſcopus Surrentinus, Procurator cum ſpeciali mandato, b.m. Eminentiſs. & Reverendiſs. Domini D. Innici S.R.E. Cardinalis Caraccioli, nomine dicti ſui Eminẽtiſs. Principalis cepit, & apprehendit, veram, realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Venerabilis Eccleſiæ Archiepiſcopalis, & Palatii Neapolitani, ad quam fuit immiſſus, per Reverẽdſs. Dom. Canonicos Cellar. & Capitulum Eccleſiæ prædictæ, cũ decantationibus, & ſolemnitatibus, in talibus fieri ſolitis, & conſuetis, recepto priùs ab eodem Illuſtr. Domino Procuratore in Animam ipſius Principalis, Corporali Juramento de obſervando omnino Privilegia, Immunitates, antiquas Conſtitutio-



Digitized by Google

nes, & Conſuetudines dictæ Eccleſiæ, ac Archiepiſcopatus Neapolitani, & quod ſi aliquæ Conſuetudines antiquæ eſſent violatæ in Eccleſia, & Archiepiſcopatu hujuſmodi, quod eas velit reſtituere, & ſervari facere; prout hæc, & alia clarè liquent ex Inſtrumento poſſeſſionis prædictæ, cui, &c. & in fidem, &c. *Ego Ioſeph Preti Neap. publicus Apoſtolica Authoritate Notarius, Curiæque Archiepiſcopalis prædictæ, tūc temporis Actorum Magiſter, præſentem feci, ſcripſi, ſubſcripſi, meoq; ſolito Signo ſignavi requiſitus. Adeſt Signum.*

Ioſeph Preti pro C.A.M.

De

## *De Erectione Sacri Ærarii Cathedralis Neapolitanæ, & de duobus Canonicis OEconomis ejuſdem.*

CVm Annibal de Capua Archiepiſcopus fel.rec. requiſiviſſet Capitulum, & Canonicos dictæ Cathedralis de aſſenſu Conſtitutioni emanandæ per eundem de reformatione cultus divini, & totius ſtatus Eccleſiæ Cathedralis Neap. per idem Capitulum die viii. Septẽbris 1581. in loco capitulari cõgregatum, fuit concluſum, præſtandum eſſe conſenſum dictæ conſtitutioni, & quod habeatur conſideratio ſuper omne illud, quod poterit Sacro Ærario ejuſdem augumentum afferre. *Verba extracta ex Libro originali Conſiliorum Capituli Cathedralis Neapolitanæ.*

Deinde die xvii. præfati mẽſis dictus Dom. Archiepiſcopus ingreſſus eſt capitularem locũ, ubi latino ſermone commendavit conſtitutionem, per ipſum divulgandam, ſuper qua petiit conſilium, & aſſenſum DD. Canonicorum, cui omnium nomi-

ne latinè ſimiliter fuit per Dom. Carolum Baldinum Canonicum, reſpõſum, ſe in tam ſalutari conſtitutione aſſenſum, & conſenſum libentiſſimè præſtare, imò eidem Dom. Archiepiſcopo gratias immortales agere de ejus requiſitione, & præſentia; qua reſponſione habita, idem Dom. Archiepiſcopus conſtituit OEconomos Eccleſiæ, & executores præfatæ conſtitutionis . . . . de Sancro, & D. Agnellũ Ruſſum Canonicos. Deinde Canonicis comitantibus ſeceſſit in pace.

Tenor autem præfatæ conſtitutionis eſt ſequens,

Conſti-

Conſtitutio Annibalis de Capua Archiepiſcopi Neap. circa Canonicos OEconomos Eccleſiæ Cathedralis, ex Originali in charta membrana, cum Sigillo in Capſula ſtannea, cum cordulis ſericis viridis coloris pendenti, & eſt talis, vz. *De Erectione OEconomiæ, & Sacri Ærarii.*

*Annibal de Capua, Miſeratione Divina Archiepiſcopus* Neap. *ad perpetuam rei memoriam.*

INter cætera, quorum ſollicitudine Prælati omnes anxiè urgentur, Baſilicarum curam, in quibus invocatur nomen Domini, non minimam partem eſſe datam Sacroſancta Catholica docet Eccleſia, quæ locū omnem ejuſmodi rite inſtitutum, ut Sanctus, & religioſus apud homines eſſet ſimulq; eos attolleret ad benè ſperandum, benè vivendum, prudenter privilegiis, immunitatibuſq; ſemper fovit, & ſapienter ad Cœlum uſq; extulit, verbis Patriarchæ Jacob, Terribilem locum Domum Dei, & portam Cœli appellans, ut facile ſi-

deles ipſi, cum eas non otioſè publica religione conſecratas eſſe, & pacificas cernerent, manus Angelorum aſcendentium, veluti per ſcalas, & deſcendentium pias Chriſtianorũ preces ad Deum ferri, ab eoq; ad homines beneficia, & gratias benignè, ac copioſe referri: jure optimo ſperarent, per ſanćteq; intelligerent in his lapidem altaris oleo ſolemniter perfuſum, Jeſum Chriſtum Dominũ noſtrum oleo exultationis præ participibus ſuis à Deo deliburum, ac lapidum illorum ſtructuram, ipſius Chriſti myſtica membra Fide, ſpe, & Charitate capiti ſuo unita in Spiritualibus ædificio liquidò ſignificare; Quare nos, qui meritis longe imparibus in hãc partem ſollicitudinis Dei miſeratione vocati ſumus, licet vigilantia pleriſque inferiores quidẽ eſſe agnoſcamus, dedimus tamen operam, nè in hoc noſtro munere deeſſe videremur, quod quidem optimo jure diligentem exigit curam, quam Dominus etiam noſter, cujus indigni Miniſtri ſumus flagellis è templo arcens eos, qui ibi mercemonia

Digitized by Google

nia ſordidè exercebant, non neglexit modo, verum ità in illam incubuit, ut nè eos quidem per illud tranſire æquo animo pateretur: Undè oculos ad noſtram Cathedralem Eccleſiam Divini cultus in ea adminiſtrationem vertentes, non potuimus, nõ oculis collacrymantibus intueri omnia inordinata, & inculta tractari, Clericos miniſtrantes paucos, & illos malè inſtitutos, munera ſibi delata, mercede conſtituta minimè exequi, ut facile ſæpius evenerit, ut Divinus cultus in ea, aut impediretur, aut retardaretur, tantùm abeſt, ut decenter vacarent negotiis extrà ordinem occurrentibus, ſordeſcunt præterea omnia, nec eſt unde pro dignitate renovatur in Oratoriis particularium paucitas ſacrarum veſtium, obſervari . . . . colorum . . . . & laceratas paſſim in uſum revocari compellit; & licet omnia à principio Eccleſiæ preſcriptæ benè fuiſſe pro tempore conſtituta arbitremur, cum habere conſpiciamus ſuos miniſtros, qui pro ſe quiſque quantum ſua pars habet oneris om-

 nia

nia ſartotecta in ea conſervare debent, Cimiliarcam nempè, Theſaurarium, Sacriſtas, Scholæ magiſtros, & cæteros quosdam; Quia tamen proprios ipſa non habet redditus, ut pleræq; aliæ optimæ majorum inſtitutiones, in id facile incidiſſe credimus, fortaſſis tum ex parvo illorum cenſu, qui noſtra tempeſtate non poſſit ſanè ſufficere ad victum, & ad onus templi pro dignitate curandi ſubſtinendum, tum verò, quia ſtudioſe parum, minuſque diligenter à pluribus aliena negotia curari conſueverunt, potiſſimum ex veterno, quod facile ex incuria ſolet irrepere, in id quod in bonis moribus inſtitutiſq; majorum poſitum eſt. Cui quidam malo, nè deinceps ſerpat latius, celeri remedio occurrendum fore cenſentes humili, ac frequenti obſecratione ad Deum converſi, ut noſtris votis, atq; optatis miſericorditer reſpondere, id conſilii cepimus, ut Eccleſia noſtra Cathedralis habeat unde ſuis, ac propriis bonis, non aliundè expectatis facile uti poſſit, & omnis ejus cura, non ad

plures

plures, ſciſſis ſtudiis pertineat , ſed una, eademq; vi, atq; animorum conſentione adminiſtretur ; Quare hac noſtra perpetua valitura conſtitutione, cum conſenſu pariter, & conſilio Capituli noſtri ſangimus , ut omnes , & ſinguli , qui ad munera obeunda tenentur , quiq; ſub ejus tecto beneficiis augētur Eccleſiaſticis perpetuo pro iis, ad tributum annuũ teneantur pro rata, portione eorum, quibus levantur, juxta . . . perſcribēda, à quo quidē tributo noſtra Archiepiſcopalis menſa, non modo, nō erit immunis; verum etiam illam, ut boni Anteſignani, ut benè nobis vertat, ac Gedeoni, quondã in die . . . . Adventus primas in nominum albo tenere conſtituimus, cujus annuæ pecuniæ cogendę cumulum capſam Eccleſiæ , ejuſq; verum Sacrum ærarium nuncupamus , cum quicquid fore eius tuendæ, ac curandæ gratia in omne conſequens tempus impendendum fuerit, inde ſumendum fore decrevimus adhæc applicamus; jam nunc capſæ prædictæ ratam fructuũ beneficiorum , ſeu Capellaniarum

pro

pro tempore, quo munera ab ipſis Capellanis ſubeunda negligi contigerit, modo Miſſæ, pro eo tempore celebrari intermiſſæ, illicò à Prælatis ſuppleri curentur, in quas etiam inferri præcipimus omnes obventiones, & omne illud, quod Chriſtiana pietate, tam in Eccleſia S. Reſtitutæ in Crucis adoratione feria ſexta in Paraſceve, vel in dicta noſtra Cathedrali Eccleſia in majori altari feria quinta in Cœna Domini, & die prima Paſchatis SS. Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac in eodem, & quibuſvis aliis, cum SS. Reliquiæ, quæ in Capella Theſauri conſervantur in illis veneranda Chriſti Fidelibus proponuntur, quod quidem hactenus Theſaurarius accipere conſuevit. Quæ etiam in eadem noſtra Eccleſia aliis quibuſcunq; temporibus, & ex quibusvis cauſis, quibus Chriſtiana devotio movebitur ad erogandum etiam ex legato, ſivè quavis alia donatione, exceptis his, quæ ad certum uſum largitione Fideliũ deſtinata fuerint, etiã quod ad noſt. ã Archiepiſcopalem Mensã, aut Sa-

Sacriſtas, ceteroſque Eccleſiæ Miniſtros jure pertineat, etiam quod de illis Specialis mentio fieri deberet, tam in pecunia, quam in rebus aliis ſtabilibus, vel mobilibus, aut ſeſe moventibus, quantumvis pretioſis, & in quovis numero, aut ſumma existentibus, Deo offerri contigerit, cum levati muneribus, oneribuſque mox explicandis, tum nos ipſi, ac noſtra menſa præſcripta, tum etiam Theſaurarius, Sacriſta, & cæteri Miniſtri ceſſerimus, ac libenter ex cauſa prædicta conceſſerimus, cujus verò capſæ curas, & totius ferè templi, velut tutelam, & oeconomiam, duobus in ſingulos annos Canonicis à nobis, noſtriſque ſucceſſoribus eligendis die 13. Kalendis Octobris, quo die Illuſtris martyrii corona noſtro Patrono Chriſti Martyri S. Ianuario delata fuit, transferimus, hac quidem lege, ut cuncta ex noſtra, aut Vicarii noſtri, & ſucceſſorum, ut præfertur ſcientia, & voluntate adminiſtrent, codicem in primis conficiant, inſtituantq; in quo nomina primum in tabulis conſcripta, pecunias deindè

à ſin-

ā ſingulis ſolutas, acceptas referant, & in quod ſingillatim expenſæ fuerint juxta ac præſcriptum extiterit, in eodē conſcribant, ut abſoluto muneris ſuſcepti curriculo, optimā ſuæ adminiſtrationis reddere poſſint rationem, ſic enim ſperamus facere in futurū, ut rebus bene conſtitutis Divini cultus reverentia in dies augeatur magis, & fideles à materiali ædificio Templi, quod oculis corporis benè cultum, atq; ornatum cernent, auxilio mentis erecti, ſe, ad ſpirituale, quod potiſſimū ad rem facit, vertentes, ad omne Chriſtiani officii munus, quod quemq; præſtare oportet, puro corde, atq; omni animi impetu nullo negotio ſe accingent; Atque, ut in conſequens tempus ſciāt, quod ad hoc tributum ſint vocati (nè pecuniæ à ſingulis erogandæ quantitas ignoretur) Cathalogum adiecimus; ſit in primis pro eo, quod Menſa noſtra Archiepiſcopalis tenetur ad templum, cum opus fuerit reſarciendum, ad Divinum Sacrificium in tota Eccleſia offerentibus ſubminiſtrandum, ad Chori Libros,

&

& Miſſales emendos, ad dandum quidquid pro argento refundendum in vaſis reficiendis, pro telis ſericeis, laneis, ac lineis, In veſtibus ſacris Sacerdotalibus, leviticiſq; indumentis reſarciendis, exceptis fabrorum, ac miniſtrorum mercedibus, nec nõ illis pro tempore innovandis cũ opus fuerit. Pro his omnibus, ultrà id, quod ſupra ceſſimus, ac conceſſimus, quicquid pro male ablatis incertis legari à Chriſti fidelibus contigerit, quod ad noſtram diſpoſitionem pertinere, conſuevit, conferimus, ac perpetuò aſſignamus. Itẽ Cimiliarca pro eo quod tenetur providere proprio ære, ne deſint Diaconi, & Subdiaconi pro Epiſtolis, & Evangeliis cantandis in miſſis conventualibus quotidiè tam in ferialibus, quam in Dominicis, ac feſtis diebus, nec non pro decantanda Hiſtoria paſſionis Domini, tam in die Dominica Palmarum, quã tertia feria, & quarta Majoris Hebdomadæ mittat in capſa ſolutus munere ann. duc. 43. quibusvis tribus menſibus ratam contingentem ducat. 10. Theſaurarius,

pro

pro eo quod tenetur proprio ſumptu curare, ne deſint, qui campanas ſuo tempore, cum opus fuerit pulſent, munire eas tum funis, tum nervis bovillis, tum etiam neceſſariis, ut aptæ ſemper ſint uſui neceſſario, nè deſint, qui folles organi Muſicis attollant, ornent Pontificale ſolium, ac ſedes in Choro, cum faldiſtoriis, tam in Cathedrali, quam in aliis Eccleſiis per Civitatem, & Diæceſim, pulvinaria, etiam Reverendiſs. Epiſcopis, cum ad Eccleſiam prædictam pro miniſtranda Sac. confirmatione accedunt, ac noſtro Vicario, cum opus fuerit præbeant erectæ ſedi cũ celebret, etiam parent ſtratum, etiã cum polvinaribus die Veneris S. in veneratione S. Crucis, Cultras, ſigna, quos ſtandardos vocant, atq; ornamẽta Pontificalia in ſuis thecis conſervent, ejuſdem Sacriſtæ dictæ Eccleſiæ, cum opus fuerit conſignent, & ab illis deindè benè mundatas, & plicatas, ſuggeſtum in medio Eccleſiæ, cum menſa, Stratum; & Balſamũ pro S. Chriſmate, cæteriſq; Sacramentalibus conficiendis in feria v.

Cœnæ

Cœnæ Domini, nec non vela pro vaſis Sacramentalium prædictorum exornandis; Item pro reſarciendis cultris, aliiſq; ornamentis Pontificalibus, jam dictis, acus, fili linei, aut Serici, & Sartores, ſicut etiam aurifabrorum pro thuribulo, & aliis argẽteis vaſis reficiendis, ac librariorum pro ſacris libris Chori, cum opus fuerit conſarciendis, mercedes; Item candelæ in altaribus, cum SS. Reliquiæ in eiſdem venerandæ proponuntur, donec tamen in Altaribus præſcriptis publicè proponuntur in Viſitatione adnotatæ, quæ omnia pro expreſſis habeantur ab iis impẽdi conſuevit, ac cereum comparare pro ſolemnitate Sabbati Sancti, his omnibus liberati oneribus in capſa mittant ducatos annuos 168. ſingulis menſibus ratam partem ducator. 14. Capellani præterea omnes omnium Capellarum, quæ in Eccleſia prædicta, vel in titulum Beneficii habent onus celebrandi miſſas, vel quovis alio modo contineatur pro ſe quiſq; providere, ne ſibi deſint hoſtiæ, candelæ, faces, nec non, & miniſtri omnes

nes ſupra dicti liberati ab oneribus prædictis teneantur mittere ſinguli ann.tt.3. e gra. 18. in ſingulas miſſas in hebdomada ſingulis menſibus ratam tangentem gra.6½ ad rationem grani unius cum dimidio pro qualibet miſſa, horum fiat cathalogus in libro capſæ diſtinctus, & ordinatus, quibus quantitatibus in ſummam redactis, ſperamus futurum, ut facile memoratis Eccleſiæ neceſſitatibus opportune proviſum ſit. Adminiſtratores igitur, qui pro tempore fuerint, tot conducant pro mercede Clericos, quorum vita immaculata ſenectutis ætatem præſeferat, quot ſufficere videbuntur ad ſupraſcripta munia obeunda, quibus ultrà mercedem applicamus jam nunc omnia emolumenta, & obventiones, quibus fruebantur Clerici, qui appellabantur Sacriſtarum, Scholæ magiſtrorũ, Theſaurarii, & cæterorum, curentq; ſedulo, ut munera ſupraſcripta, quibus propter tributum liberati exiſtunt . . . ſuo tempore, ac diligenter adimpleant; cæteris omnibus oneribus ſingulorum muneris rema-
nen-

nentibus,ad quæ tenentur,præcipuè verò noſtri Capituli, & cæterorum, qui non nominantur in hac contributione, juxta ac in Viſitationibus conſcriptum, uſuq;comprobatum exiſtit. Datum Neap. in noſtra Cathedrali Eccleſia anno ſalutis 1581. Anno Pontificatus SS.Domini Papę Gregorii XIII. anno eius X.13. Kalendas Octobris.

ANNIBAL ARCHIEPISCOPUS NEAP.

Ego D. Brancatius Neap. Eccleſiæ primus Diac. Canonicus.

Ego A.Ruſſillus Neap.Eccleſiæ Canonicus Diac. & Cellararius Capituli.

Ego Paulus Taxus V. I. D. Eccleſiæ Neap.Canonicus Diac.

Ego Cæſar Deodus Eccleſiæ Neap. Diaconus Canonicus.

Ego Io: Bernardinus Piſanus Diaconus Eccleſiæ Neap.Canonicus.

Ego Io: Franciſcus Lombardus S. T. D. Eccleſiæ Neapol. Cánonicus Diaconus.

Ego Petrus Io: Campanilis Canonicus Eccleſiæ Neap.Diac.

Ego

Digitized by Google

Ego A. Ruſſus Eccleſiæ Neap. primus Subdiac. Canonicus.
Ego Io: de Oriljo Eccl. Neap. Subd. Canonicus.
Ego Petrus Iacobus Palumbo Neap. Eccleſiæ Canonic. Diac.
Ego Ioſeph Turbulus Eccleſ. Neap. Canonicus Subd.
Ego Io: Antonius Vicecomes S. T. Doctor Eccleſiæ Neap. Canonicus Subdiac.
Ego Gregorius Selvagus noſtræ Eccleſiæ Canonicus Neap.
Ego Iacobus Galteranus Neap. Eccleſiæ Canonicus Subd.
Ego Auguſtinus Mãſurius Neap. Eccleſiæ Canonicus Subd.
Ego Io: Manſurius Neap. Eccleſiæ Canonicus Subdiac.
Ego Io: Iacobus Provenzalus Neap. Eccleſiæ Canonicus Primicerius.
Ego Antonius Amabilis Neap. Eccleſiæ Presbyter Canonic.
Ego Andreas Sarnus Neap. Eccleſię Presbyter Canonic. & Cellararius Capituli.
Ego Vincentius Portius Neap. Eccl. Presb. Canonicus.

Ego

Ego Fulvius Maſſus Neap. Eccleſiæ Presb. Canonicus.
Ego Benedictus Arianus Neap. Eccleſ. Presb. Canonic.
Ego Io: Moliſio Eccl. Neap. Presb. Canonicus.
Ego Marcellus Razzara Eccl. Neap. Presb. Canonicus.
Ego Io: Iacobus de Fuſco Presb. Canonicus Neap. Eccl.
Ego Carolus Baldinus Neap. Eccl. Presb. Canonic. conſentio.
Ego Io: Antonius Gentilis noſtræ Eccl. Presb. Canonic.
Iulius Cæſar Riccardus Secret.
Regiſtr. fol. 82.

*Extracta eſt præſens Copia à volumine Sanctæ Archiepiſcopalis Viſitationis Cathedralis Neap. ſub Præſulatu Alphonſi Cardinalis Ieſualdi de anno 1597. exiſtente in Archivio huius Curiæ Archiepiſcopalis Neap. à fol. 112. at. uſq. ad 170. incl. & concordat. meliori collatione ſemper ſalva. Neap. 5. Octobris 1711. Quæ copia eſt chartarũ nu. ſex, incluſa præſenti, &c. dicta die, &c.* Antonius Sylvati, pro Mag. Antonio Bottone, pro C. Act. M. &c.

*Decretum*

*Decretum quoad uſum Capparum, conceſſarum Beneficiatis, ſeù Hebdomadariis Cathedralis Neapolitanæ.*

Neapolitana.

CApitulo Metrop. Eccleſ. Neapolitanæ poſtulante, Sacror. Ritu. Congr. juſſit, literas ad Eminentiſs. Archiep. tranſmitti, quibus ejuſdem curæ ſeduló demandetur, ne permittant Beneficiatis, ſeù Hebdomadariis ejuſdem Eccleſiæ exceſſum Indulti Pauli V. quoad uſum Capparum, quæ eiſdem violaceo tantum undiq; ſuffultæ colore, & ornamento conſimili competunt. Tenor autem literarum eſt, ut infrà.

*Neapolitano Archiepiſcopo.*

EMinentiſs. & Reverendiſs. Domine obſervand. Capitulum, & Canonici iſtius Metropolitanæ Eccleſiæ Sacror. Rituum Congregationi expoſuerunt, Beneficiatos, ſeù Hebdomadarios eiuſdem Eccleſiæ, uſum Capparum rubro undiq; ſuffultarum

tarum colore, ac ornamento aliquibus ab hinc annis aſſumere auſos fuiſſe. Et Eminentiſſimi Domini abusũ hujuſmodi vigili Eminentiæ Veſtræ Curæ innoteſcendum eſſe duxerunt, certi, quod ipſamet non prætermitteret, ne ulterius ſerpendo reliquos inficiat. Ipſe interim Eminentiæ Veſtræ manus reverenter deoſculor.

Romæ 19. Iulii 1659.

Ità reperitur in Regiſtris Congregationis Sacror. Rit. In quorum fidem, &c. hac die 22. Maii 1688.

*Bernardinus Caſalius Secretar.*

*fol.*158.Pueri præſcripti (Seminarii) nullatenus vadant ad proceſſiones,&exequias,niſi quando ad eas accedit Rev.Capitulum,nec extra majorem Eccleſiam accedant ad inſerviendum alicui,niſi tantum Domino Archiepiſcopo.

*Extracta eſt præſens Copia à volumine Viſitationis Archiepiſcopalis Majoris Eccleſiæ Neap.ſub Eminentiſſimo Domino Card.D. Franciſco Boncompagno & concordat meliori Collatione, ſemper ſalva,&c. Neap. 1.Octobr.711.*

Antonius Bottone,pro C.A.M.



Digitized by Google

Reductio Canonicatuum Neap. ad numerum quadraginta, qui deindè 19. Ianuarii 1576. à Gregorio XIII. fuerunt reducti ad xxx. & collatio eorundem.

* *In nomine Domini. Anno eiuſdem 1343. Ind. XII. die X. menſis Decembris Pont. SS. in Chriſto Patris, & Domini Clem. Div. Providentia Papæ VI. Ann. II.*

EGo Martinus de Maria de Mauro Clericus, publicus Authoritate Notarius pręſenti ſcripto, publicè notum facio, & declaro, quod me Notario, & Teſtibus infraſcriptis ad hęc ſpecialiter vocatis, rogatis, accerſitis ad preces Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Ioannis Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Archiepiſcopi Neap. & infraſcriptorum Neapolitanorum Canonicorum, in Domibus Archiepiſcopalibus in Camera Domini Archiepiſcopi, loco ad infraſcripta per ipſum, & ſubſcriptos Canonicos ad Capitulum



*Fol. 343. *Viſitationis Capituli Neap. de A. 1582. Præſule Annibale de Capua.*

congregandum, & faciendum, ut dixerunt, ſpecialiter deputato ad mandatum, & requiſitionem eiuſdem Domini Archiepiſcopi legitimè factum, & factam, & ibidem, ut dixerunt, Capitulariter, & Collegialiter congregatis ad prædicta Venerabilibus viris Domino Gerardo de Valle, & Domino Urſillo Minutulo Diaconibus Maioris Eccleſiæ Neapolit. & Dominis Gulielmo de S. Germano, Ferrerio Roberto de Adria, Nicolao de Aquila, & Cæſario Planula dictæ Eccleſiæ Presbyteris Cardinalibus, & Abbatibus Martutio Capece, Gulielmo Brancatio, Petro Caracciolo, Ciccio de Griffis, Paſchale Ioanne de Domino, Nicolao Spinello, Philippo Minutulo de Neap., Abb. Io: de Civitella, Abb. Ligorio Malagono, & Abb. Corrado Tommacello de Neapoli, eiuſdem Eccleſiæ Canonicis, facientibus maiorem, & ſaniorem, imò duas partes, & ultra, prout aſſeruerunt, totius Capituli Cathedralis Eccleſiæ, quibuſdam de dicto Capitulo abſentibus, vocatis tamen legitimè

ad

Digitized by Google

ad hæc tractanda, prò ut moris eſt, & non comparentibus; ſed contumacibus, & per eundem Dominum Archiepiſcopum, & Capitulum, & Canonicos ſupra ſcriptos contumacibus pro nunc pronunciatis, & reputatis in ſuprascripta Camera, loco ad hoc per ipſos ſpecialiter ordinato, atq; ſtatuto, ad vocationem, requiſitionem, & citationem Nuntii Iurati Curiæ Domini Archiepiſcopi, legitimè, & ſolemniter, ut moris eſſe dixerunt, unanimiter, Collegialiter, & Capitulariter congregatis, & coadunatis ad infraſcripta ſimul, & pariter tractanda, & peragenda. Idem Dominus Archiepiſcopus, tanquam Paſtor ſollicitus, cui incumbit, ac ſpectat cura ſubjectarum, ſibi fideliũ Animarum, alloquens dictos Canonicos, & Capitulum pro nunc verbis ſacræ ſcripturæ, aſſeruit etiam, quod Pontificalis auctoritas intenta ſalutis operibus, & ad Divini Nominis Gloriam, diviniq; Cultus augumentum, & Sacri Miniſterii, ac profectũ Fidelium . . . . recidis radicitus diſſidiorum periculis, & litigio-

rum anfractibus, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæſtuet, invaleſcat cordium unitas, & Animorum identitas perſeveret, ſic, & ipſe, idem Dominus Archiepiſcopus Præſulatus regimini præſidens, ad id tanto provocatur ardentius, quanto attentiori cunctatione revoluit, ne quid in vinea Domini Sabaoth perniciosiſſimum obrepat, ſed ut in ea flores honoris, & fructus honeſtatis in ubertate ſuccreſcant, etiam per opportunæ Ordinationis, & declarationis ſuffragium, operoſæ ſollicitudinis ſtudium impartitur, materiam, de qua ad præſens agitur continuato ſermone allocutionis . . . expreſſit, & dixit, quod, pro ut ex relatione præſcripti Capituli, ad ejuſdē Domini Archiepiſcopi pervenit auditum, olim eodem Domino Archiepiſcopo, tunc in remotis agente, & eo inconſulto, inſcio, & ignorante, dictum Capitulum aſſerens dictam Eccleſiam, tunc multum Canonicis gravatam, & attendens, . . . ex Oneroſa multitudine impetrantium Canonicatus ejuſdem Eccleſiæ

con-

*tare Apoſtolico notificato perſonalmẽ-te un Monitorio di Monſig. Cerro Pro-auditore della Camera Apoſtolica, ad iſtanza, ed in nome del Canonico Primicerio di Gennaro, del Canonico D. Geronimo Narni, e del Canonico D. Giulio Gallucci, e degli Eddomadarii di queſto Domo; col quale pretendevano eſſere mantenuti in poſſeſſo di fare l'aſſociationi de' defonti. Si diſcorſe lungamente ſopra tal novità, che ſembrò a tutti ſtravagantiſſima, e temeraria: sì perche contrariava alle Concluſioni Capitulari proibitive di tali aſſociationi per ſtipendio, con univerſale applauſo oſſervate per molto tempo, e fatte dal Capitolo con pienezza di voti; sì perche parea moſtruoſo il vederle impugnate da trè Capitolari, li quali per ogni verſo erano tenuti uniformarſi alla Communità, e non pretendere la prevalenza de' loro voleri à quello di tutto il Cetò; sì perche era ſtrano l'unirſi detti trè Canonici a litigare, contro la Communità; con l'Eddomadarii; Ed anche animoſità, ed ardire di queſti, che eſſendo nel ſervitio del Domo, ed in tutte l'officiature, e funtioni*

*ſa-*

ſacre, totalmente, ſubordinati, ed addetti al Capitolo, e ſpecialmente nel punto delle aſſociationi de' defonti dipendenti quoad omnia dal Capitolo; hora tentavano dare all'iſteſſo quella legge, che per ogni capo devono ricevere; aggiungendo, a tale audacia, l'irreverenza; e poco riſpetto di fare ricorſo a' Superiori ſenza alcun buon termine in coſa, in cui non li aſſiſteva minima ragione, nè pure apparente: onde fù conchiuſo procurarſi la moderatione del Monitorio, e la rejezzione in perpetuo di sì ridicolo tentativo: e benche ne' Capitoli precedenti con voti pieniſſimi foſſe ſtato ſtabilito il non andare più in avvenire ad aſsociare defonti per mercede; ed in ciò li voti foſſero ſtati dati paleſemente, ed in publico; perche così li Canonici vollero darli: con tutto ciò in queſto congreſſo havendo diſcrepato il ſud. Sig. Canonico Narni, e dicendoſi dal Sig. Canonico D. Antonio Cangiano volere dare il ſuo ſuffragio in ſecreto, e convenire il darſi dell' iſteſſa maniera da tutti, ſi diedero li voti in ſecreto, facendo ciaſched'uno Sig. Canonico la ſua ſchedola, e giuſta il ſolito furono preſi li vo-

*voti delli 4. Sig. Canonici Capi d'Ordini, e del Canonico Segretario, e reſtò concluſo per voti ſecreti la confirma del divieto di accettarſi per l'avvenire mai l'inviti d'aſſociar li defonti per mercede, e fù commeſſo alli Sig. Canonici Cellararii ſudetti, con ampliſſima facoltà, di fare in Roma, ed in Napoli, in judicio, & extrà, quanto ſi ſtimaſſe opportuno per ſopire in perpetuum tale affare, e fù deputato per tutto ciò il Signor Canonico Galeota.*

*Si fà fede per me ſottoſcritto Canonico Segretario dell' Illuſtriſs. Capitolo di Napoli, che perquiſito il libro delle Cõcluſioni del medeſimo, hò ritrovato frà le Concluſioni Capitulari quella dell'eſſerſi ſervatis ſervandis, & ſignanter, precedente biglietto di convocatione; ſtabilito, e concluſo capitularmente, che lo ſtabilimento fatto fin da' 31. Agoſto 1711., e ſottoſcritto da' Signori Canonici di loro proprie mani, reſpectivè, del tenor ſeguente, vz.*

*Noi ſottoſcritti Canonici, e Capitolo del Domo di Napoli, inerendo alle Concluſioni Capitulari, sì antiche, sì recenti, di non aſſociar defonti per merce-*

de;

*de; per li motivi in eſſe dedotti, ed altri, relativi all' aumento del Divin Culto, ed al decoro del noſtro ſtato, e dignità Eccleſiaſtica, e ſpecialmente a quelle di Febbraro, Marzo, ed Agoſto corrente 1711. riſolvemo, e ſtabilimo iteratamente di oſſervarle con ogni puntualità, anco aſtenendoci di aſſociare li defonti genitori, e fratelli carnali de' Canonici; reſtando ſolamente in vigore la eccettione eſpreſſa, ed appoſta in dette Concluſioni; dell'eſſequie de' Canonici noſtri Colleghi defonti; intendendo col preſente noſtro ſtabilimento, e determinatione maggiormente corroborare le dette Concluſioni, e più eſattamente, e con maggior rigore deferire alli motivi giuſti, ragionevoli, e prudenti, sù de' quali ſono fondate dette Concluſioni proibitive delle aſſociationi de' defonti per mercede. Napoli 31. Agoſto 1711. Canonico D. Onofrio Sicola, Canonico D. Franceſco Maria Fiorillo Decano, Canonico D. Pietro Marco Gizzio Teologo; Canonico D. Fortunato de Mauro; Canonico D. Carlo Fronda; Canonico D. Pietro Caſimiro de Duce; Canonico D. Nicolò Rota; Canonico D. Criſtofaro Capece Pi-*

*ſci;*

*ſcicelli; Canonico D. Salvatore Miroballi; Canonico D. Domenico Invitti; Canonico Cimiliarca D. Luigi Capece Galeota; Canonico D. Nicolò de Dominico; Canonico D. Ilario Protoſpataro; Canonico D. Domen. de Stefano; Canonico D. Onofrio di Luca; Canonico D. Franceſco de Martino; Canonico D. Bartholomeo Cicatelli Penitenziere Maggiore; Canonico D. Gaetano Porzio; Canonico D. Franceſco Saverio Como; Canonico D. Agoſtino Altimari; Canonico D. Girolamo Caravita; Canonico D. Biaſe del Dura, il Canonico D. Carlo Barra.*

*Fù (dico) ſtabilito, e concluſo capitolarmente, che in futurum, & in perpetuũ ſi eſeguiſſe, & oſſervaſſe eſpreſſamente, & indiſpenſabilmente, giuſta la ſua ſerie, continenza, e tenore lo ſtabilimento ſudetto, e ſi ordinò al Canonico Segretario il regiſtrare queſta Concluſione frà le Concluſioni Capitolari. Et in fede, &c. Napoli 15. Aprile 1713.*

*Chriſtofaro Capece Piſcicelli Secretario, e Canonico.*

Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ipſi exponentes Decreta

Capitularia hujuſmodi præinſerta, non obſtante oppoſitione ab aliquibus ex Canonicis, necnon Collegio Hebdomadariorum dictæ Eccleſiæ facta, exequi, & ab omnibus obſervari deſiderabant, emanavit à prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, nempè: Vertente cauſa inter Capitulum, & majorem partem Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ Neap. ex una, & aliquos ex eiſdem Canonicis, necnon Collegium Hebdomadariorum ejuſdem Eccleſiæ partibus ex altera de, & ſuper exequutione, & obſervantia Decretorum per idem Capitulum factorum ſub diebus XI. Februarii, & XIV & XXXI. Auguſti MDCCXI. cum quibus reſolutū fuit nè in poſterùm idem Capitulum intervenire deberet aſſociationibus Cadaverum, etiamſi in primo gradu Conjunctorum cum Canonicis, excepto tamen caſu obitūs alicujus ex ipſis Canonicis; Sacra Congregatio Em. & Rev. S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præ-

poſi,

poſita, referente Eminentiſs. Paracciano cenſuit, ac decrevit ſuprafcripta Decreta Capitularia de non aſſociandis in futurum Cadaveribus, etiam ſub die XV. prædicti menſis Aprilis per idem Capitulum ratificata eſſe exequenda, & inviolabiliter ſervanda. Romæ XII. Maii MDCCXIII. G. Card. Carpineus F. Archiepiſcopus Nicænus Secretarius. Loco ✠ Sigilli -- Cum autem, ſicut pro parte Capituli, & Canonicorum prædictorum nobis ſubindè expoſitum fuit, ipſi Decretum hujuſmodi quò firmiùs ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ Patrocinio communiri ſummoperè deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolven-

tes, & abſolutas fore cenſentes, ſup-plicationibus eorum nomine ſuper hoc nobis humiliter porrectis incli-nati, præinſertum prædictæ Con-gregationis Cardinalium Decretum authoritate Apoſtolica tenore præ-ſentium approbamus, & confirma-mus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ſalva ta-men ſemper in præmiſſis auctorita-te ejuſdem Congregationis Cardi-nalium. Decernentes ipſas præſen-tes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſorti-ri, & obtinere, ac illis ad quos ſpe-ctat, & pro tempore ſpectabit ple-niſſimè ſuffragari, & ab eis reſpecti-vè inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudi-ces ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-tores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contingerit attenta-ri. Non obſtantibus Conſtitutioni-bus, & Ordinationibus Apoſtolicis,

ac

Digitized by Google

ac quatenùs opus ſit dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in cõtrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derógamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris Die XX. Septembris MDCCXIII. Pontificatus Noſtri Anno XIII. Oliverius.



Digitized by Google

*Exemplar Bullæ collationis Canonicatuum ſimplicium ad Cap. 16. Statut. 1.*

FRANCISCVS Miſeratione Divina, Tit. SS. Marcellini, & Petri S.R.E. Presbyter Card. PIGNATELLVS Archiepiſcopus Neapolitanus, Et Nos Canonici, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ.

DIlecto Nobis in Chriſto Dño D. Petro Caſimiro de Duce Patritio Neapolitano ſalutem in Domino ſempiternam. Vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia tuæ probitatis, doctrinæ, aliarumque virtutum merita, quibus apud nos, fide digno teſtimonio, & multis modis, multiſque rerum argumentis peculiaritèr, commendatus exiſtis, Nos meritò excitant, & inducunt, ut tibi ad gratias, reddamur liberales. Cum itaque ſicut accepimus vacaverit, & vacet ad præſens Canonicatus ſimplex Presbyteralis ejuſdem noſtræ Majoris Eccleſiæ per obitum quondam Canonici Honuphrii Latronici, ultimi dicti Ca-



Digitized by Google

nonicatus Canonici, & poſſeſſoris, qui de præſenti menſe Iunii extrà Romanam Curiam diem clauſit extremum. Nos itaque volentes dicto ſimplici Canonicatui, de alio idoneo Canonico providere: Tibique præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere ſpecialem, dictum Canonicatum ſimplicem Presbyteralem, præmiſſo, ſeù alio quovis modo vacantem, cujus collatio ad Nos, Capitulum, & Canonicos præfatos coniunctim ex primæva erectione, & ex antiqua, & approbata conſuetudine, cujus memoria hominum in contrarium non exiſtit, ſpectavit, & pertinuit, ſpectat modo, & pertinet, Tibi D. Petro Caſimiro tamquam benemerito, & condigno cum Capitulo Neapolitano, congregato capitulariter, & unanimi conſenſu contulimus, prout tenore præſentium conferimus, & aſſignamus cum plenitudine Iuris Canonici, ac etiam cum Stallo in Choro, & voce in Capitulo, prout de Iure. Teque in cor-

po-

poralem, realem, & actualem poſſeſſionem, Iurium, & bonorum eius omnium inducimus, & de eodem Canonicatu, etiam inveſtimus. Mandamus inſuper omnibus, & quibuſcumque Presbyteris, Clericis, & Notariis Apoſtolicis huius Civitatis, quatenus quivis ipſorum, qui requiſitus fuerit, Te præfatum D. Petrum Caſimirum, vel Procuratorem tuum, tuo nomine, in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dicti Canonicatus Presbyteralis, juriumque, ac bonorum eius omnium ponat, & inducat, poſitumq; & inductum defendat cum plenitudine dicti Iuris Canonici, & aſſignatione Stalli in Choro, et voce in Capitulo, ut moris eſt, amoto ab indè quolibet illicito detentore, quem nos inſimul præſentium tenore amovemus, & denunciamus amotum, faciatque Tibi, vel Procuratori tuo, de ipſius Canonicatus fructibus, redditibus, & proventibus, integrè, & plenariè reſponderi. Contradictores quoslibet per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris re-

remedia compeſcendo. Iuribus autem noſtris, & dictæ noſtræ Eccleſiæ, Canonicorum, & Capituli Neapolitani, ſemper ſalvis, & expreſsè reſervatis. In cuius rei teſtimonium præſentes, manu noſtra, & DD. Cellarariorum dicti Capituli, & Canonicorum manibus ſubſcriptas, & ſigillorum, quibus utimur, impreſſione munitas, fieri fecimus. Datu Romæ extrà Portam Flaminiam hac die 27. Iunii MDCCV. indictione XII. Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Clementis divina Providētia Papæ Vndecimi anno quarto.

F. C. PIGNAT. Archiep. Neap.

*Can. Hieron. Narni Cell.*
*Can. Franc. Xav. Como Cell.*

Sigillum Em. Sig. Cap. Neap.

*M. Ant. de Roſa Can. Secr.*
Hieronymus Berni Secret.

Reg. fol. 58.

Digitized by Google

*Exemplar Bullæ Collationis Beneficii intus Eccleſiam S. Reſtitutæ.*

*Ad Extrau. citat. pagina 47.*

NOs Capitulum, & Canonici Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ. Reverendiſs. Fratri noſtro Dilecto nobis in Chriſto Canonico Cimiliarchæ Domino D. Aloyſio Capycio Galeota ſalutem in Domino; qui eſt omnium vera ſalus, commendabili unius ex ſtatutis noſtris diſpoſitioni de conferendis melioris notæ beneficiis, ad noſtram liberam collationem ſpectantibus alicui ex Canonicis noſtri Illuſtriſſimi Capituli ſucceſſivè, & quando vacaverint, modo uni, modo alteri, iuxta modum in eodem Statuto præſcriptum ea, qua par eſt obſervantia, inhærendo, beneficium ſimplex, & perſonalem reſidentiam non requirens, ſub titulo S. Annæ de Lecteriis intùs noſtram Cõſtantinianam Baſilicã Sanctæ Reſtitutæ, quod vacare comperimus per obitum Rev. D. Thomæ Scotti de

Fran-

Franco, ultimi illius, dum viveret poſſeſſoris; qui de menſe Decembris elapſi anni diem clauſit extremum, de beneficio providere volentes, nè in Divinis patiatur detrimentum, ac adamuſſim ſervata forma præfati Statuti, quod eſt ultimum extra ordinem, & Extravagantis nomine appellatum reperitur, aliiſque ad ipſius tenorem adimpletis vigore privilegiorum, ac approbatæ ab immemorabili poſſeſſionis, seù alio legitimo jure, & meliori, ut ſupra expreſſum beneficium; tibi conferimus, aſſignamus, inveſtientes te ante dictum fratrem noſtrum de dicto beneficio cum oneribus, & honoribus, ut moris eſt; mandantes Cellarariis, Officialibus, Sacriſtis, omnibuſque aliis Presbyteris primo dictæ noſtræ Eccleſiæ, cæteriſque ad quos ſpectat, ut te in poſſeſſionem illius admittant, ac recipiant, faciētes tibi de ipſius fructibus, redditibus, & obventionibus reſpectivè integrè reſponderi; amoto quolibet illegitimo detentore, contradictores quoslibet, ac rebelles iuris, & fa-

& facti remediis opportunis compeſcendo, juribus autem noſtris noſtræque Eccleſiæ, & Capituli ſalvis, & expreſsè reſervatis, in quorum fidem præſentes manibus Reverendiſſimorum D. D. Cellarariorum dicti Capituli ſubſcriptas, noſtræque Eccleſiæ Sigilli impreſſione munitas, & infraſcripti Domini Canonici ejusdem noſtri Capituli Secretarii roboratas fieri fecimus. Datum ex dicta noſtra Eccleſia S. Reſtitutæ, hac die 30. menſis Martii 1693.

*Adſunt ſubſcriptiones duorum Canonicor. Cellararior. & Canonici Secretarii, cum Sigillo Capituli.*

Digitized by Google

*Exemplar Patentalium Canonici Theſaurarii Deputati ad pag. 89.*

IAcobus miſeratione Divina Tit. SS. Petri, & Marcellini S. R. E. Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiſcopus Neapolitanus: Dilecto nobis in Chriſto Illuſtriſs. Domino D. Aloyſio Capycio Galeota Patritio Neapolitano noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Canonico Cardinali, & Cemiliarchæ ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam corpora, & Sanctorum Reliquiæ, quorum animæ in manu Dei ſunt, ac in Cœlis gaudent cœleſtis meritò in Terris Theſaurus appellantur, ideò magna cum veneratione, fide, & ſanctimonia, ut Sancta Sanctorum decet, ſunt cuſtodienda. Volentes igitur Nos Sanctarum Reliquiarum in noſtra Metropolitana Eccleſia exiſtentium Theſauri divinitùs cóceſſi Cuſtodem, & Præfectum eligere, ac deputare, & de tua pietate, fide, & integritate plurimum in Domino ſperantes, & cófiſi

N

ſiſi, te Præfati Theſauri Sacroſancti Cuſtodem, ac Præfectum tenore præſentium, & ad noſtrum benepla. citum eligimus, & deputamus cum omnibus honoribus, ac oneribus ſo. litis, & conſuetis, & etiam cum po. teſtate accipiendi piorum oblatio. nes, & exigendi omnes alios reddi- tus, & proventus ad Theſaurum prædictum ſpectantes. Volumus autem, ut tam de oblationibus, quam de redditibus, ut ſupra, ac de omnibus aliis rebus ſacris, pretioſis per inventarium tibi traditis dili- gentem, & integram rationem No- bis noſtriſque ſucceſſoribus reddere tenearis, prout te ad dictam ratio- nem reddendam ſtrictè obligamus. In quorum, &c. Datum Neap. die 15. menſis Decemb. 1698.

I. CARD. CANTELMVS AR- CHIEP. Neap.

*Io: Ant. Mozzetti Secret.*

Locus Sigilli.

DE-

# DECRETVM C. S.Rituum.

*Neapolitana Denominationis Theſaurarii.*

INjuncto ab Eminentiſſimo,& Reverendiſſimo Domino Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano Sacriſtę Cappellæ Subcorporis S.Ian. præcepto ne ſe nominaret, vel nominari faceret Theſaurariũ Cappellę ſub Corporis S.Ianuarii, vel ſe gereret pro Theſaurario tam ex parte Ducis Andriæ Cappellæ prædictæ Patroni , quam dicti Sacriſtæ ejuſdem Cappellæ prætenſi Theſaurarii ad Tribunal Auditoris Cameræ provocatum fuit , qui etiam ſucceſſivè monitorium ſuper manutentione eligendi in præfata Cappella Theſaurarium expediri curarunt. Verum per Promotorem Fiſcalem Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ ſuper præmiſſis habito deinde ad Auditorem Sanctiſſimi recurſu, & ab eodem ad Sacrorum Rituum Congregationem hu-

juſmodi controverſia re miſſa ſuper eadem : An ſcil. Duci Andriæ facultas denominãdi Theſaurarium, & dicto Sacriſtæ denominatio Theſaurarii competeret. Sac. eadem Rituum Congregatio, tam in voce, quam in ſcriptis, partibus informantibus auditis ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi ..................... Præceptum Domini Cardinalis Archiepiſcopi exequendum eſſe cenſuit, die 9. Decemb. 1702. -- Ita reperitur in regiſtro Decr. S.C.Rituum. In quorum fidem, &c. die 6.Octob.1703.

Locus Sigilli.

*B.Inghirami S.R.Congr.Secr.*

Digitized by Google

*De Abbatia S. Ioannis Majoris unita Seminario Archiepiſcopali die 3. Februarii 1699.*

Elogium ſuper Portam Seminarii,

D. O. M.

INNOCENTIO XII. Pontifici Maximo

Collegium Seminarii Neapolitani

Summis Beneficiis auctum;

Et Pontificio Librorum munere

Atque opulentiſſimo Cenſu

Ex Abbatia S. Io: Maioris ſibi addictā

Inſtāte Iacobo S.R.E. Card. Cātelmo

Archiepiſcopo Neapolitano

Locupletatum

Grati Animi Monumentum

Anno Iubilei Sæcularis M. D.CC.



Digitized by Google

*Reſolutiones controverſiarum Collegiatæ S. Ioannis Majoris cum Seminario.*

1. AN unio Abbatiæ S. Io: Majoris Neapolis facta Seminario comprehendat ſolum fructus, vel etiam Iuriſdictiônes, præeminentias, collationes, beneficiorum, aliaque omnia Iura.

2. An illud regimen, & manutentio Eccleſiæ, quæ ſpectabant ad Abbatem, de præſenti ſpectent ad Capitulum ejuſdem Eccleſiæ privative ad Superiores Seminarii.

3. An Sacriſta, aliique Miniſtri inferiores, qui deputabuntur ab Abbate, ſint deputandi à Capitulo, vel potius à Superioribus Seminarii, & quatenus electio ſpectet ad Superiores Seminarii.

4. An teneantur illos eligere de gremio Capituli.

Fuit reſolutum a S. C. Epiſc. & Regularium 22. Novembris 1709. ad primum negativè, quo ad primam partem, affirmativè quo ad ſecundam,



Digitized by Google

Ad ſecundum negativè. Ad tertium negativè, quo ad primam partem, affirmativè, quo ad ſecundam, ad quartam negativè.

*Die ſecunda Martii 1710. repropoſita Cauſa fuit reſcriptum: Exequatur Votum Rotæ, a qua fuit reſponſum, unionem Abbatiæ non comprehendere ſolum temporalia, & fructus Abbatiæ, ſed & jurisdictiones, præeminentias, collationes, beneficiorum, aliaque jura, quæ olim competebant Abbati in caſu Eccleſiæ Parochialis.*

## In Nomine Domini. Amen.

FIdem facio per præſentes ego Sacri Palatii Apoſtolici Cauſarum, ac Sacræ Rotæ Romanæ Notarius publicus infraſcriptus, qualiter in cauſa Neap. Vnionis verten. in dicto Rotæ Auditorio pro voto coram Illuſtriſs., ac Reverendiſs. D. Ioſepho Molines ejuſdem S. Rotæ Decano inter partes infraſcriptas per acta mei, &c. die 18. Iulii 1710. Pro Rev. Capitulo, & Canonicis

nicis Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S.Io:Majoris Neap.contra Ven.Seminarium ejuſdem Civitatis in officio D. Dominicus Melchior Palma Procurator ſpecialiter conſtitutus , prout docuit per inſtrumentum publicum Mandati procur. in Archivio Vrbano exhibitum, quod facto produxit tenoris ſequentis , videlicet . *In Dei Nomine Amen* . Anno ab effracto ſerpentis capite 1710 Indictione 3. die vero 12. menſis Iulii Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris , & Domini Noſtri Clementis Divina favente clementia Papæ XI. anno ejus decimo feliciter, &c. Neap. in mei publici , & Ap. Notarii teſtium infraſcriptorum præſentia præſentes , & perſonaliter conſtituti infraſcripti R. D. D. Ioannes Petrus Paraſcandolo Primicerius prædictæ Ven. Collegiatæ Parochialis Eccl. S. Io: Majoris dictæ Fideliſſimæ Civitatis , nec non D. Gabriel d' Annulfo D. Hyacintus Silvati D. Dominicus Paraſcan-

raſcandolo, D. Dominicus Corvini D. Hieronymus Piſcopo D. Dominicus Acampora, D.Franciſcus Caſtaldi, D. Antonius Aſciutti, D.Franciſcus Tarſia, D. Lucas Antonius Gambardella, & D.Lucas Antonius Cafarelli Canonici ejuſdem Vener. Collegiatæ, &c. Imò totum dictum Collegium. totamque Collegiatam prædictam facientes, & repræſentantes, & in unum capitulariter cõgregati more, & loco ſolitis Capituli, agentes, & intervenientes ad infraſcripta omnia pro ſe ipſis, nominibus, quibus ſupra, & pro dicta Ven. Collegiata, Poſteris, & ſucceſſoribus in ea in perpetuum, qui non valentes ad infraſcripta vacare, & perſonaliter adeſſe tam ob loci diſtantiam, quam aliis de cauſis impediti, &c. ſpontè, & omni meliori via, &c. fecerunt, & conſtituerunt eorum, & cujuslibet ipſorum nominibus, quibus ſupra, prædictæque Vener. Collegiatæ Parochialis Eccleſiæ Procuratorem D. Dominicũ Melchiorem Palma abſentem tan-

quam præſentem, &c. Romanam Curiam ſequen. ad nomine prædicto comparend. in S.C. Eminentiſſimorum DD. Card. ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & in quovis alio Tribunali, & coram aliis Officialibus, & Miniſtris inferioribus, & ſuperioribus, ubi opus fuerit, ibique, & coram eiſdem cedendum, & formiter renunciandum omnibus Iuribus, et prætentionibus, etc. ipſique liti, et cauſæ in dicta S. C. introductæ, ſeù vertenti inter præfatos DD. Conſtitutiones nominibus, quibus ſupra ex una, et R. Collegium Seminarii Neap. ex altera, et pro cauſa prædicta quaſcumque inſtantias, et ſupplicationes producen. et præſentan. quaſcumque ſcripturas, et declarationes ſubſcriben. et facien. omnes, et quoſcumque alios actus juridicos, neceſſarios, et opportunos, ac de ſtylo, ritu, et obſervantia quarumvis Curiarum, etc. etiam ſi talia forent, quæ magis ſpeciale mandatum requirerent, quam præ-

ſen-

ſentibus eſt expreſſum, etc. Dantes, et concedentes cum promiſſione de facto, etc. ſub obligatione, etc. et proinde, etc. jurarunt in pectore more Sacerdotalis, et firmaverunt. Sequuntur ſubſcriptiones Primicerii, et Canonicorum, etc. Io Primicerio, D. Gio:Pietro Paraſcandalo confirmo, ut ſup. Io Canonico D. Gabriele d'Annulfo, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Giacinto Silvato, confermo di ſopra. Io Canonico D. Domenico Paraſcandolo, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Domenico Corvini, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Geronimo Piſcopo, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Domenico d'Acampora, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Franceſco Caſtaldi, confermo come di ſopra. Io Canonico D. Antonio Aſciutti, confirmo, ut ſup. Io Canonico D. Franceſco Tarſia, confirmo ut ſupra Io Canonico D. Luca Antonio Gambardella, confirmo ut ſupra. Io Canonico D. Luca Anto-



Digitized by Google

nio Caſarelli, confirmo ut ſup. —
Præſentibus Magnifico Joanne Mareſca, Joſeph Carnevale, et Nicolao Sorrentino de Neapoli teſtibus ad præmiſſa omnia, et ſingula vocatis, habitis, atque teſtatis, etc. Ab actis meis, quibus etc. facta collatione concordant, etc. meliori ſemper ſalva, etc. et in fidem ego Antonius de Enrico de Neapoli Regia, et Apoſtolica authoritate Notarius in Archivio Romanæ Curiæ adſcriptus ſignavi requiſitus, etc. loco ✝ ſigni notarii die 18. Iulii 1710. Romę exhib. in Archivio Generali Vrbano numero 2960. in fidem, etc.
L. Antonellus loco ✝ ſig. Archivii —
Vtendo facultatibus in eo ſibi tributis in termino interpellationis contra Adverſarios execut., et in actis mei reproduc. Spe, etc. ac omnibus, etc. ceſſit, et renunciavit liti, et cauſæ inter dictas partes verten. tam in Sac. Congregatione Epiſcoporum, et Regularium, quam in hoc Sac. Tribunali pro voto, coram Reverendiſs,

Digitized by Google

Reverendiſs. Molines Decano acceptando reſolutionem Rotalem in omnibus, & per omnia emanatam die 23. Iunii proximi præteriti favore ſupradicti Ven. Seminarii, & hæc omnia ad evitand. ulteriores expenſas exhibens ſe promptum, & paratum ſolvere expenſas huc-uſque factas, & ad computum earumdem depoſuit penes me iulium unum obligans ſe ſolvere reſiduum ſtatim facta liquidatione, etiam extra iudicialiter hic Romæ liberè alias, etc. et ſolvit mihi, etc. alia ſcuta quatuor pro finali ſolutione Inſtrumenti actorum, uſque in præſentem diem fact. nec non rogitum præſentis renunciationis cum obligatione Camerali, & iuramento in forma præſentibus DD. Michaele Blando, & Succurſo de Amicis Connotariis teſtibus ad præmiſſa vocatis habitis, atque rogatis, etc. ut alias latius patet in dictis actis mei, &c. ad quæ, etc. in quorum fidem, &c. Datum Romæ hac die 23. Iulii 1710. *Ita eſt Michael Angelus Cæſarinus S. Rotæ Not.* In

Digitized by Google

In Nomine Domini Amen. Nos Ioſeph Molines Iuris utriuſque Doctor, & Sac. Rotæ Decanus.

UNiverſis, & ſingulis præſentes viſuris lecturis pariter, & audituris fidem facimus, & atteſtamur retroſcriptum D. Michaelem Angelum Cęſarinum, qui ſupradictam fidem ſubſcripſit, et publicavit eſſe publicum legalem, et fide dignum S. Rotæ Notarium, ac talem qualem ſe ſupra facit ejuſque ſcripturis publicis, et privatis, tàm in judicio, quàm extra indubiam adhibitam fuiſſe, et de præſenti adhiberi fidem prout nos plenam adhibemus, in quorum etc. Dat. Romæ ex Palatio noſtro ſolitæ reſidentiæ dictis die, et anno etc.

*Succurſus de Amicis S. Rotæ Not. de mandato.*

*De*

### *De Sedilibus Hebdomadariorum cum poſtergalibus ex conceſſione Capituli, & Canonicorum.*

LIcet nunquam ſedilia Hebdomadariorum in Divinis Officiis coràm Capitulo, et Canonicis fuerint cum poſtergalibus Italicè *ſpalliere* ; & illis enixè inſtantibus in Synodo Neapolitana Præſule Cardinali Carafa fuerit id expreſsè denegatum, et fuerit decretum eorum ſedilibus non competere poſtergalia; ſed ea debere eſſe raſa, & nuda, & quantumvis ad ipſorum petitionem roborandum deduxiſſent in Choro fixo illorum ſedilia habere poſtergalia ad inſtar ſedilium Canonicalium , tamen conſideratum inter alia fuit tantùm ſedilia Canonicalia habere poſtergalia per ſe, verùm ſedilia Hebdomadariorum, ſicuti etiā ſedilia aliorū Beneficiatorū nuncupatorum Quadraginta, et Puerorum Seminarii non habere poſtergalia, niſi

niſi per accidens,& quia ſunt collocata in ſitu inferiori,& à parte anteriori genuflexoriorum, in ſuperiori ſitu collocatorum, ut patet ex ſitu Chori fixi. Attamen poſteà cum iidem Hebdomadarii enixas preces porrexerint Capitulo, & Canonicis ſuper præfata re., fuit illis indultum, ut in ſequenti concluſione Capitulari.

*Die 29. Maii 1571. &c. de ſcamnis Hebdomadariorum in Anniverſariis, an ſic debeant remanere, & concluditur ab omnibus, quod aliquantò meliùs, licet antiquitùs ſic eſſent, ſcilicet abſque ſpalleris, & humiliores ſint ſtalli, quodque recognoſcant noſtram dignitatem,&c.*

Extracta eſt præſens copia ab originali libro concluſionum Illuſtriſs. Capituli Neapolitani à die 24. Martii, uſque ad 20. Novemb. 1576. incluſiuè exiſtente in Archivio dicti Capituli,etc.& concordat, &c. Neap. 1. Octobris 1711.

*Ant. Sylvati pro Ant. Bottone pro C. Act. Mag.*

De

Digitized by Google

*De conceſſione Hebdomadariis roc-chetti cum manicis die 13. Iunii 1702.*

Vigore Indulti Apoſtolici die 13. Iulii 1702. conceſſum fuit Hebdomadariis ſemper, & ubique deferre cappam, & rocchettum cum manicis, attento conſenſu Capituli (*verba indulti*,) & Canonicorum dictæ majoris Eccleſiæ, & dummodò Hebdomadarii prædicti in exercitio, cuiuſcumque eorum officii, et miniſterii, etiam Magiſtri ſcholæ, & ceremoniarum in futurum adamuſſim obſervent quidquid obſervant de præſenti, abſque eo, quod ullam innovationem, in quibusvis functionibus, etiam Capitularibus prætendere valeant.

*Cum poſt præfatum Indultum inſurrexiſſet dubium innovandi, ut infrà, ſecuta fuit infraſcripta reſolutio.*

*Nea-*

Digitized by Google

*Neapolitana Delationis Cottæ.*

INter Congregationem S. Mariæ de Pace, & Hebdomadarios Eccleſiæ Cathedralis. Neapolis Confratres ejuſdem Congregationis exorta controverſia ſuper obligatione deferendi in aſſociatione Cadaverum aliorum Confratrum cottam, & biretum eaque ad Sac. Rit. Congregationē delata ab Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Cardinali Gabriello relatore deputato infraſcriptum dubium propoſitum fuit.

An Hebdomadarii Cathedralis Neapolitanæ habentes uſum Cappæ, & integri Rocchetti non incedentes capitulariter; ſed uti Confratres in aſſociatione Cadaverum aliorum Confratrum teneantur deferre Cottam, & Biretum, prout alii Confratres in caſu, &c.

Et Sac. Rit. eadem Congreg. tam in voce, quam in ſcriptis, partibus informantibus auditis, reſpondendum cenſuit affirmativè, & ità declaravit, & ſervari mandavit. Die 21. Martii 1711. Locus Sigilli.

CARD. GABRIELLI.

*B. Ingbirami Secr. Congr.*

Digitized by Google

# JACOBO

## CARDINALI CANTELMO ARCHIEP. NEAP.

*Literis, Pietate*
*Et obitis pro S. Sede muneribus*
*Eccleſiæ totius lumini.*
*Vt illum viventem obſequio,*
*Mortuum officiis proſecutus,*
*Immortalem poſteris monumentis*
*commendet,*
*Aloyſius Capycius-Galeota*
*Canonicus Cardinalis.*
*Cimeliarcha, & Theſaurarius*
*ab eodem deputatus*
*Confectum ejus juſſu Sanctorum*
*lipſanon indiculum*
*D. D.*

# TABELLA

*Sacrarum Reliquiarum, quæ in hac Metropolitana aſſervantur, & dierum, quibus publicæ venerationi exponuntur.*

SUb Ara maxima Corpora SS. Agrippini Ep., & Patr. Neap., Eu-

ty.

tychetis, & Acutii Socior. S.Januarii quieſcunt.

In Sacro Hypogæo ſub Ara maxima de jure patron. familiæ Carafæ Corpus S.Januarii Princip. Civit., ac Reg.Neapolitani,& Hiſp.Monarchiæ tutelaris.

A dextris,ſub Altari Corpus S.Maximi Levitæ Cumani, ac Martyris, & corpus Pueri trimeſtris,qui ob inſigne ejuſdem S.Maximi gloriæ teſtimonium ab hoſtibus Fidei necatus fuit.

In Altaribus, quæ hinc inde maximo adjacent, in eo, quod à dextris eſt juriſpatron.familiæ Capyciæ-Galeotæ ſub titulo Salvatoris Corpora SS. Athanaſ.Epiſc.& Patr.Neap. Iuliani, Laurentii,ac Stephani Ep.Neap. In eo,quod à ſiniſtra Iuſpatr. famil.Tocco. Corpus S.Aſpreni Patr., & primi Ep.Neap..

In Ara maxima Cathedralis per octavam S.Ianuarii XIII.kal.Oct., & die ejus Patrocinii XVII.Kal.Ianuarii ob ſervatam ab incendio Veſuvii Civit.Anno 1631. exponuntur reliquiæ Theſauri uſque dum eadem proceſſio redierit,& Populus à S.Sanguine benedictionem receperit per manus

Em,

Em. Archiep. vel unius per turnum ex VII. Canon. Presbyt. præbend., qui eo impedito ejus vices ſupplent, ſicuti etiam in Feſto Translationis S. Ianuarii in prima Dominica Maii, & Sabbato præcedenti.

His diebus, & extrà Cappellam Theſauri ſpectat ad unum ex Dominis Canonicis, non ratione ſui Canonicatus, aut Dignitatis, cum nullus ex triginta Canonicis ſit dignitas, ſed dignitas eſt penès Capitulum; at unus quilibet eligitur ab Em. Archiep. ad nutum, qui S. Sanguinem oſculandum tradit, & intus, ac extra Cathed. cum Reliquiæ geſtantur, digniorem locum obtinet, & omnibus adnexis huic muneri gaudet, & præſertim cum quis Sanctorum ſit Patronus, ſtola ſuper veſtes canonicales indutus, thus ſtatue adhibet, & collectam recitat.

Intus Cappellam Theſauri tamen exercet munus Theſaurarii unus ex Dominis Cappellanis, qui fuerit pro tempore Theſaurarius bullatus.

Omnes Statuæ in Ara maxima Cathedralis exponuntur in Paſch. Reſurrect., Pentec., Aſſumpt. B. V., & Nativitate D. N. I. C.

Sed

Sed intus Cappellam Theſauri in Circumciſione Dom., Epiph., & in Feſto SS. omnium, & Feſtis ſeqq. Nativ. Dom. & utrumque Paſcha.

Sanguis S. Ianuarii in duabus ampullis vitreis cum Capite ejuſdem in ſtatua argentea deaurata, & Reliquiis Sanctorum Patronorum in ſtatuis argenteis exponitur intus Cappellam eandem tantum 7. diebus ſequentibus prædictam primam Dominicam Maii, quæ Reliquię ſervantur in dicta Cappella ſub duabus diverſis clavibus, penès Em. Archiep. una, penès Deputatum Civitatis altera.

*Menſe Ianuario.*

Die 17. in Statua S. Antonii Abbat. P. coſta exponitur in eius Eccl.

Die 19. in Statua S. Thom. Aquin. Pat. os brachii exponitur in Cappella Theſauri.

*Menſe Februario.*

Die 3. Os S. Blaſii M. & P. in eius Eccleſ. in ara Bibliopolarum.

*Menſe Martio.*

Die 7. Statua S. Thom. Aquin. in Eccl. S. Dominici Maioris.

Die 19. Pars Pallii S. Ioſeph Patr. in ſua Eccleſia maiori.

Men-

*Menſe Aprili.*

Die 1. Cervix S. Franciſci de Paula Patr. in Eccleſia S. Aloyſii.

Die 3. Coſta S. Mariæ Ægyptiacæ Patr. alternativè in eius Eccleſiis.

Die 5. Caput S. Athanaſ. Patr. in Cappella Theſauri.

Die 29. Digitus S. Petri Martyr. Patr. in ſua Eccleſia.

Die 30. Caput S. Severi Ep. & Patr. in Eccleſia S. Georgii maioris, ubi eſt Corpus.

*Menſe Maio.*

Die 23, Caput s. Euphebii Ep. N. & P. in Cappella Theſauri.

Die 25. Dens molaris S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Pat. alternativè in Eccleſia S. Mariæ de Carmelo Maiori, & S. M. de Vita.

Die 26. Præcordia S. Philipp. Ner. Patr. Neap & Cleri in ſua Eccleſia.

*Menſe Iunio.*

Die 13. Index S. Anton. Patav. P. in Eccleſia S. Laurentii.

*Menſe Iulio.*

Die 15. Statua S. Athanaſ. in Cappella à dextris Aræ maximæ Cathedral.

*Menſe Auguſto.*

Die 3, Caput S. Aſpreni Epiſc. Neap.

&

& P.in alia Cappellà laterali.
Die 4. Os brachii S.Dominici P. N. in eius Eccleſ.maiori.
Die 7.Epiſtola à S.Caietano P. exarata,& pars Pluvialis,quo utebatur,in Eccleſia S.Pauli.
Die 12. Capilli, & pars veli S.Claræ P.in eius Eccleſia.
Die 26. Os brachii S.Patritiæ P. in eius Eccleſia.
Die 29. Pars Coſtæ S.Ioann.Bapt. P. in Eccl.S.M.Domnæ Romitæ.

*Menſe Septembri.*

Die 4. Vertebra Oſſis S. Candidæ Brancaciæ P. in Eccl. S.Angel. ad Nidum.
Die 29. Statua s.Mich.Arcangeli Pat. in Eccl.S.Ianuarii ad ulmum.

*Menſe Octobri.*

Die 1. Oſſa S.Gregor.Armeni Patr.in eius Eccleſia.
Die 4. Pars Panni S.Franciſci Aſſiſii Patr.eius Sanguine cruentati in Eccleſ.S.Laurentii.
Die 10.Os brachii S.Franciſci Borgiæ Patr.in Eccleſia S.Franciſci Xaver.
Die 15.Fruſtum Carnis S.Thereſiæ P. in Eccleſia Matris Dei.

Men-

Digitized by Google

*Menſe Nouembri.*

Die 4. Caput S.Agrippini Ep. N. & Pat.in ſua Eccleſia.

Die 10. Os cubiti S.Andreæ Avellini P.in Eccl.S.Pauli.

Die 18. Coſtula B.Iacobi P.in Eccleſ. S.Mariæ Novæ.

*Menſe Decembri.*

Die 3. Os brachii S.Franciſci Xaverii P.in Domo Profeſſa Soc. Ieſu.

Die 6. Pars loculi lignei ubi fuit Corpus S.Nicolai Ep.Myrenſis P. in eius Eccl.Maiori.

Die 8. in Cappella Theſauri Statua B.M.ſine labe Conceptæ in Patronam adſcitæ ob ſervatam Civitatem à lue.

Die 14. Maxilla S.Agnelli P. in ara maxima Cathedralis.

In Cappella Caracciolorum à ſiniſtris Cappellæ Theſauri in dorſo S.Crucifixi cuſpides Spinarum Coronæ D.N.I.C., & pars s.Crucis in argẽtea Cruce cum inſcriptione.

*In Sacello Sacriſtiæ Maioris.*

In loculo argenteo cum ſigno Card. Carbonis Reliquiæ ss.Andreæ Apoſtoli, Lucæ, Clementis, Gregorii, & Bonifacii Summor. Pont. Blaſii

Ep.,& M.Sabini Presb., & ss.Praxedis,& Suſannæ Virg.& Mart.exponuntur in Ara maxima in eorum feſtis.

*Menſe Ianuario.*

Die 25. Coſtula s.Pauli Ap. in Theca argentea cum nomine Marii Caraſe Archiep.Neap. quæ ponitur in ſtatua.

*Menſe Februario.*

Die 3. Reliquia s.Blaſii Patr.

Die 9. Dens molaris s.Apolloniæ V.& M.in loculo argenteo.

*Menſe Martio.*

Die 12. Reliquia s.Gregorii Papæ.

Die 13. Reliquia s.Sabini.

*Menſe Maio.*

Die 3. Lignum S.Crucis in loculo argenteo deaurato cum ſigno Arch. Caraſæ,& feriis ſextis Martii, ſed feria ſexta maioris Hebdomadæ in Cappella s.Mariæ Magdalenæ,& in Proceſſionibus fertur à Canonicis Presbyt.præbendatis per turnum.

*Menſe Iunio.*

Die 5. Reliquia s.Bonifacii.

Die 24 Fruſtum Carnis faciei s.Ioan. B.P. in loculo argenteo cum ſigno Card.Carbonis.

Die

Die 29. Os coſtulæ s.Pauli,& os s.Petri in ſtatuis argenteis, & baculus ligneus à s.Petro traditus s.Candidæ primæ Chriſtianæ Neapol.

*Menſe Iulio.*

Die 21. Reliquia s.Praxedis.

Die 23. & 24. in Cappella s.Liborii eius os in loculo Agathino cum orbe argenteo deaurato.

*Menſe Auguſto.*

Die 3. Idem baculus s.Petri in Cappella s.Aſpreni.

Die 11. Reliquia s.Suſannæ.

Die 29. Reliquia s.Io:Bapt.P.

*Menſe Septembri.*

Die 4. Reliquia s.Candidæ ſenioris in ſtatua argentea.

Die 14. pars s.Crucis.

*Menſe Octobri.*

Die 18. Reliquia s.Lucæ.

Die 21. Reliquia s.Urſulæ.

Die 28. brachium s.Iudæ Ap.in loculo argenteo deaurato.

Die 30. Caput s.Maximi in ſtatua argentea.

*Menſe Nouembri.*

Die 4. pars Cordis s.Caroli in Sphæra argentea cum ſtemmate Arch.Caraſæ, & pars veli, & Dalmaticæ, quibus utebatur.



Digitized by Google

Die 9. Coſtula s.Agrippini in loculo argenteo cum nomine Ioan.Iac.Episc.Biſſiniani.

Die 23. Reliquia s.Clementis.

Die 30. Reliquia s.Andreæ Apoſt.

*Menſe Decembri.*

Die 13. Digitus s.Luciæ in loculo argenteo deaurato.

*Anno Dom. MDCCIII.*

Digitized by Google

*De Canonicis adminiſtrantibus Sacramenta.*

*Foris*

*Al molto Illuſtre, e Reverendiſsimo Signore Monſignor l'Arciveſcovo di Napoli.*

*Intus verò*

MOlt'Illuſtre, e Reverendiſſimo Monſignore, ſcriſſi à V.S. Reverendiſſima li giorni paſſati, che appreſſo le haurei dato aviſo di quello, che ultimamente dimandavano di già à N. Signore li Canonici ſuoi ſopra la determinazione del ſervizio già fatta, & havendo Sua Santità inteſo tutto quello, che eſſi pretendevano, e quello, che V.S. dice per ſervizio di coteſta Chieſa, m'hà ordinato, che io riſponda così, che ſi eſegua quello, ch'è ſtato determinato, ma ſe in alcuna di quelle ſollennità, ò altri giorni, che li Canonici ſono obligati al ſervizio, fuſſe alcun'altro obligo particolar de dire quell'officio, e celebrare quella meſſa in

un'altro luogo dentro l'iſteſſa Chieſa, etiam dentro S. Reſtituta, fuor dell'altar grande, che per quell'officio particolar ſiano diſobligati da queſto officio, ò Meſſa, che ſecondo il ſervizio impoſto dovevano dire, perche la ragione vuole così, che eſſendo dentro la medeſima Chieſa non portino doppio peſo. E ſimilmente S. Beatitudine ſe contenta, che così ſi oſſervi nel dì delli Morti, dovendo baſtar quello, che ſollennemente ſi fà dentro S. Reſtituta, come Cappella deputata per li morti, perche così ſi oſſerva in tutte queſte Patriarcali di Roma.

La feſta della dedicazione della Chieſa nella liſta mandata, s'intende quella della propria Chieſa, la qual dicono eſſer quella di S. Maria del Principio, & eſſendo così, non ſi deve intender d'altra.

La parola ch'è in detta liſta & altre feſte particolari della Chieſa, s'intende delli Patroni della Città di Napoli, di S. Reſtituta, e di

e di S. Maria del Principio, e di queſte ſi deve intendere.

Sua Santità ſimilmente dice, che quelli Canonici, che ſono infermi, e quelli quali veramente ſono impiegati nel ſervizio del Capitolo, devono participare tanquam preſentes, ò ſecondo la diſpoſizione del jus commune, così ancora ſecondo il Concilio Tridentino, quelli, che dentro la Chieſa ſono deputati al confeſſare, ò all'amminiſtrare li Santiſſimi Sacramenti, & anche ſe alcuno celebrarà la meſſa. All'altri che non ſervono, intende, che in neſſun modo ſi habbia da far participare; queſto è quanto hò fatto in queſto negozio, perche V.S. me l'hà comandato, e per farle ſervizio. Il parer mio in eſſo è che nõ ſi diſputi più, nè che ſi raggiri più attorno, ma che ſi faccino attender al ſervizio con tutto quel modo, che la prudenza, e diſcrezione di V. S. sà operar. Ilche baſterà anco per hora in riſpoſta dell'ultima ſua, per la quale ſcriven-

do-

Digitized by Google

domi, che ogni coſa è ſtato ſtabilito con ſodisfazione, e quiete me ne allegro, e con tal fine me li raccomando, & offro, pregandoli da Dio ogni contento.

Roma 25. Febraro 1575.

*Di V. S. molt' Illuſtre, e Reverendiſsimo Fratello amorevole, che la ſervirà Antonio Cardinal Caraſa.*

GAſpar Sillingardus V. I. D. Sedis Apoſtolicæ Protonotarius Sanctiſſimi Domini N. Papæ utriuſque ſignaturæ referendarius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Pauli de Aretio miſeratione divina tituli Sanctæ Pudentianæ S. R. E. Præsbyteri Cardinalis, & Archiepiſcopi Neap. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis, &c. Quoniam nuper coram nobis, & in noſtra Curia fuit comparitum pro parte DD. Capituli, & Canonicorum Cathedralis, & majoris Eccleſiæ Neap. aſſerentium quod dum heri die martis 4. infraſcripti menſis in generali funerali confecto occaſione, & cauſa corporis mortui Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini D. Garſię de Toledo, in quorum omnes Cleri ſæculares, & regulares hujuſmodi Civitatis acceſſerunt cum earum Crucibus iidem D. Canonici cum Cruce ſimiliter iverunt,

& cum

& cum omnes prędicti regulares,& ſæculares vidiſſent Crucem prædictorum RR. DD. Capituli Canonicorum, eorum Cruces ibidem in altum detinentes dimiſerunt,& penitæ ſubmiſerunt juxta ſolitum , & conſuetum ordinem à tempore immemorabili , & inrecordabili præter RR. Canonicos regulares Monaſterii S. Petri ad Aram , quibus permiſſa fuit delatio Crucis gratiosè à Dominis Canonicis cum de hoc ibidem magnoperè rogati; & perſuaſi fuerint ipſi Domini Canonici ab Illuſtriſſimo Domino D. Henrico Hurtado de Mendozia filio Illuſtriſſimi , & Excellentiſſimi Proregis Neapolitani , cui volentes rem gratam agere pro illa vice tantùm conſenſerunt, citrà tamen præjudicium jurium , & actionum competentium ipſis Canonicis , tam ex Iuris Canonici diſpoſitione, quàm ex antiquiſſima,& immemorabili conſuetudine, aut alias ſibi competentium , ſuper quibus pro eorum parte à nobis debita
pro.

proviſio fuit petita. Ideò tenore præſentium committitur uni ex nuntiis dictæ noſtræ Curiæ, ut ad omnem inſtantiam eorumdem RR. DD. Capituli, & Canonicorum mandet prout præſentium, tenore mandamus omnibus, & ſingulis Præsbiteris Religioſis, & aliis quarumcumque Eccleſiarum regularium, aut ſæcularium gubernatoribus ſub pęna librarum Ceræ laboratæ mille, & in ſubſidium Excommunicationis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis ſtatim in funeralibus quomodolibet in futurum contingentibus reperiendo Crucem eorumdem RR. D. Capituli, & Canonicorum eorum Cruces dimittere, & ei ſubmittere habeant ſervata forma antiquiſſimæ conſuetudinis alias, &c. Datum Neap. in noſtro Archiepiſcopali Palatio. Die XXII. Menſis Iunii quintæ indictionis 1577.

*Gaſpar Sillingardus Vic. Gen. Neap.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX

## Rubricarum, & rerum notabilium.

*DE Divinis Officiis.* pag.7.
*De funeribus.* pag.12.
*De modo poſſeſſionis novi Canonici.* pag.16.
*De Officiis ordinariis in Capitulo.* pag.20.
*De Electione Officialium.* pag.23.
*De Officiis Cellarariorum.* pag.25.
*De licentia Canonicis danda, vel non danda.* pag.31.
*De Antiquo, & Novitio Canonico.* pag.32.
*De Canonico, non ſerviente.* pag.33.
*De modo votandi in Capitulo.* pag.34.
*De modo contrahendi.* pag.35.
*De appretio vini Græci faciendo.* pag.37.
*De feriis.* pag.38.
*De Canonico infirmo viſitando* ibidem.
*De Officio Canonici.* pag.40.
*De Collationibus Canonica-*



Digitized by Google

tuum, & Beneficiorum ad Capitulum ſpectantium. pag. 45.
Extravagans ſtatutum circa Beneficia ad Collationem Capituli. pag. 47.
Ordines ſervandi à Dominis Canonicis, & Hebdomadariis in celebratione Divinorum officiorum. pag. 51.
Miſſæ, & Celebrationes Eminentiſs. Domini, & Dominorum Canouicorum. pag. 80.
Obſervanda in adminiſtratione Sacramenti Ordinis. pag. 88.
Obſervanda à Canonici Theſaurario. pag. 89.
De uſu capparum hyemalium, & æſtivarum. pag. 92.
De Canonico Cimiliarca deferente baculum argento ornatum in ſignum ſuperioritatis, & regiminis ſuper Hebdomadarios. ibidem.
De Celebrationibus, & miſſis præſente Eminentiſs. Domino. pag. 96.
Quando DD. Canonici in



Digitized by Google

Choro maioris Eccleſiæ intereſſe debent. pag.99.
Quando pulſatur organum, & alia concernentia Divina Officia. pag.100.
Diſtributiones, quas amittunt non intereſſentes in dicto Choro. pag.102.
De horis, in quibus datur ſignum ad Divinum Officiũ, & quando officium eſt Canonicale. a pag.103.
Modus dividendi munus in in Vigilia Solemnitatis SS. Sacramenti. pag.128.
Modus obſervandus pro voce vini Greci. ibidem.
Aliqua ex privilegiis conceſſis Capitulo, & Canonicis. ibidem.
Conformitas cæremoniarum Cathedralis Neap. cum cæremoniis Capellæ SS. Domini. pag.143.
De fructibus inexactis Canonici Defuncti. pag.144.
Tenor, & exemplum Iuramenti Eminentiſs. Domini

*in actu poſſeſſionis.* pag. 149.
*De Sacro Erario, & OEconomis Cathedralis.* pag. 151.
*De uſu capparum conceſſarũ beneficiatis, seù Hebdomadaris violaceo tantum colore ſuffultarum, & ornatarum.* pag. 168.
*De aſſiſtentia puerorum Seminarii.* pag. 170.
*Reductio Canonicatuũ Neapol. ad 40. qui deinde 19. Ian. 1576. fuerunt reducti ad 30. & collatio eorumdem.* pag. 171.
*Modus diviſionis faciendæ à Canon. Præf. Chori pro ſervitio ejuſdem per tertiam partem DD. Canon. temp. Adventus.* pag. 187.
*Praxis pro reviſione computi Cellarii.* pag. 189.
*De Canonicis Cathedr. Neap. Epiſcopis titularibus.* pag. 209.
*De aſſiſtentia Canonicorum Eminentiſs. celebranti privativè quoad Canonicos cujuſcumq; Collegiatæ.* pag. 210.

Digitized by Google

7002

Digitized by Google

XV.

Digitized by Google

Digitized by Google